# DICTIONARIUM
# ÆLIJ ANTONIJ
## NEBRISSENSIS GRAMMATICI,
### CHRONOGRAPHI REGIJ, IMO QUADRUPLEX EIUSDEM antiqui Dictionarij supplementum.

¶ Quorum primum continet dictiones Latinas in sermonem Hispanum versas.
¶ Secundum nomina propria regionum, urbium, montium, fluviorum, &c.
¶ Tertium autem neotericas, ac vulgares regionum, & urbium appellationes vice versa complectitur.
¶ Quartum, & ultimum voces Hispanas Latinitate donatas.

PRÆTER JOANNIS LOPEZ SERRANI MALACITANI LABORES, ex Ciceronis Lexicis, & historicis, multa, quæ desiderabantur, addita. Index insuper utilissimus in quo opposita, emendataque quotidiani sermonis barbaries, opera M. Joannis Alvarez Sagredo Burgensis.

ACCESSERUNT PERMULTÆ DICTIONES, TUM EX SACRARUM litterarum, tùm ex utriusque iuris voluminibus.

¶ Index verborum veterum, & rarò usitatorum apud Terentium.
¶ Dictionarium Arabicum positum in calce Dictionarij Hispani.
¶ Omnium penè syllabarum quantitas annotatur.

POSITA SUNT ETIAM OMNIA RECOGNITA, ET AB INNUMERIS, quibus scatebant, mendis vindicata, & pristinæ integritati restituta vocabula, à R. P. M. Fr. Petro Ortiz de Luiando ad calcem addita. Insuper sexmilia pene vocabula addita per M. D. Guillielmum de Ocahasa. Tandem hac ultima editione prodeunt plusquam quatuormillia vocabula, quæ hoc signo * notantur studio, & diligentia L. D. IOANNIS GONZALEZ MANRIQUE, Presbyteri, non sine cura, & labore.

QUÆ OMNIA IN HAC ULTIMA EDITIONE ACCURATIUS REVISA, DILIGENTER recognita, ac denique à mendis perquam plurimis correcta.

DEDICADA

AL MAXIMO DOCTOR SAN GERONYMO.

Año  1751.





Con LICENCIA: En Madrid, en las Oficinas de ANTONIO MARIN, y GABRIEL RAMIREZ.

*A costa de la Hermandad de la Nueva Concordia de N. P. S. Geronymo, de Mercaderes de Libros.*

AL DELICADO APICE DE LA CHRISTIANA SABIDURIA;
AL PROFUNDISSIMO RIO DE LA ECLESIASTICA ELOQUENCIA;
AL GRANDE, Y VICTORIOSO DEFENSOR DE LA FE CATHOLICA;
AL TRIUNFANTE MARTILLO DE LA HEREGIA;
AL PROFUNDISSIMO INTERPRETE DE LOS DIVINOS ORACULOS;
A LA LUZ DE LOS SAGRADOS MYSTERIOS;

# AL MAXIMO DOCTOR
# SAN GERONYMO,

AMANTISSIMO PADRE, Y DULCISSIMO PROTECTOR
de la Hermandad de los Libreros de esta Corte.



La vana Deydad de Mercurio ofrecieron los Antiguos todas las Obras, que pertenecian à la instruccion de la eloquencia, creyendo serìa injusticia conducir à otras Aras los obsequios que tenian por Numen tutelar aquel mentido Dios: Nècio engaño! Pues siendo la eloquencia uno de los grandes beneficios con que la Divina Providencia enriqueciò à los mortales, deslucian lo noble de la deuda, con la sombra de la mentira. Pero què dichosamente enmienda mi gratitud este error! Quando os consagra el *Diccionario de Antonio de Nebrija*, que para utilidad comùn publìca mi desvelo, enriquecido de muchos vocablos, y enmendado de no pocos yerros: Porque Vos (SSmo. Padre) sois el verdadero Mercurio de la Iglesia; por cuya voz, y por cuya Pluma se destilaron en copiosas, y dulces corrientes la elegancia, y la sabidurìa. Glorìese en hora buena Roma de haver logrado en su Ciceròn un acento, que pudo obscurecer con los dulces, y victoriosos primores de la lengua, los triunfantes laureles de sus siempre vencedoras armas: (a) que si en aquel delicado espiritu venerò la mas sonòra expression del Idioma Latino, en Vos tiene la Iglesia toda la dulzura, y consonancia de los Idiomas Hebrèo, Syro, Caldèo, y una sagrada energìa, que vence à Ciceròn en los primores Romanos. Finja la Grecia en sus Orfeos, y Anfiones, clausulas imperiosas, que edificaban Ciudades, y domaban fieras: (b) que lo que fuè delirio de la fabula, hicisteis Vos tymbre de la verdadera Religion; pues los dominantes periodos de tu santo estimulo, igualmente edifican muchos vivos Templos de Dios, que vencen, rinden, y sujetan los mas fieros, y antiguos monstruos de Heregìas, y Heresiarcas. Digalo Ario, sufocado con los religiosos alientos de tu doctrina. Confiessenlo á su pesar Euthiques, y Nestorio, rendidos con la dulcissima voz de tus sàbios Dogmas. Tù eres el Hercules Christiano, que formando de tus màximas celestiales dulcissimas prisiones, atraes con blando imperio todo el Orbe Catholico, siendo la misma eficacia del dominio, gloriosa instruccion para el exemplo. (c)

(a) *Cedant Arma togæ, concedat Laurea linguæ.*

(b) *Lapides Amphion canendo movit.*

(c) *Quid quod lingua illi levibus traiecta cathenis Quis fissa faciles allicit ore viros Anne quod Alcidem lingua non robore Galli Prestantem populis iura dedisse ferant? Cedant arma togæ, & quamvis durissima corda Elloquio pollens ad sua vota trahit.* Alciat. embl. 180.

El Leon, animal generoso, à cuyo rugido rinden todas las otras fieras su orgullo, y su valentìa, es el emblema que explica tu gloria; y propiamente: pues la christiana fortaleza de tu Pluma gravò en cada rasgo una victoria. Cede Vigilancio sus artificiosas cabilaciones, y enmudece Rufino al oìr tus argumentos, victoriosamente dulces. Callan los Pelegianos, si escuchan la superior eficacia de tu sabidurìa. Pero toda esta fortaleza no se distinguiò de la dulzura. O, què suavidades no te debieron los Eliodoros, Pamachios, Evagrios, Epifanios, y Rusticos! Què dulzuras no desfrutaron á tu voz, y á tu Pluma, las dichosas mugeres Eustoquias, Marcelas, y Hedivias! Y es, que tù juntaste, para aplauso del Celestial Padre de las Luzes, los dos atributos del emblema del Caudillo Hebrèo, en quien si el Leon expressò fortaleza, explicò el Panàl suavidades, y dulzuras. (d)

Lampara, que iluminò las distancias de Oriente, y Occidente te llamò tu grande venerador, y amigo Augustino: (e) elogio como de su perspicàz entendimiento, y digno de tus mèritos gloriosos; pues no solamente alumbraste desde la esfera de Roma toda la Iglesia Occidentàl, sino que haciendo Cathedra de la Sabidurìa el Pesebre de Bethlen, llenaste de luz las Provincias del Oriente. Tù eres el Occeano Catholico, donde entraron todos los Rios de la erudicion profana, para comunicarlos despues á toda la tierra en saludables fuentes de ciencia provechosa. Tù eres el que despojaste los Egypcios para enriquecer el Tabernaculo, haciendo que brillassen purificados de la escoria de la supersticion, y la idolatrìa, el oro, la plata, y bronce de las Ciencias naturales. Tù eres el sàbio Arquitecto, que fabricaste en tu espiritu una Babylonia santa, consiguiendo, se hospedasse (sin confusion) en tu pecho la variedad de muchas lenguas; porque à imitacion de los Discipulos, antes de empezar à hablar, te llenaste de la luz del Espiritu Santo. (f) Tù: Pero donde và àzia lo impossible nuestro afecto, si aunque tuviessemos las lenguas que tù dices, nunca podriamos (g) referir una pequeña parte de tus elogios? Sola tu eloquencia puede bastar á tu alabanza.

Yo me hè apartado con felìz destino de el assumpto, y del intento. Del intento, porque deseaba escrivir una Carta breve; pero ni aun Augustino pudo serlo, hablando con Geronymo. (h) Del assumpto, porque èste, solo es manifestar la proporcion, y los motivos de consagrar este pequeño Libro à vuestro nombre: y aunque estos se ofrecian luego en las deudas de mi obligacion, y en la calidad de la Obra, no puede, ni sabe el amor guardar las leyes que se prescriben; pero esta transgresion es el mas eficàz medio, para que sirva de indulto à la pequeñèz de la Oferta, lo grande de vuestra gloria.

SSmo. Padre, á vuestros pies vuestro mas amante,
y favorecido Siervo,
*Sebastian Thomàs de Araujo.*

(d) *De forte exhibit dulcedo:::& ecce examen Apum, in ore Leonis erat, ac favum mellis.* Iudicum 14.

(e) *Huius egregias laudes potissimùm Sanct. Augustinus, non semèl magnificè prædicavit, quē ab Oriente, usque ad Occidentem, instar lampadis resplenduisse commemorat.* Ecclef. in Officio S. Hieron.

(f) *Repletis sunt omnes Spiritu Sancto, & cæperunt loqui, varijs linguis.* Act. Apost. 11.

(g) *Non si mihi sint centum lingua oraque centum.* Hieron. in epist. 19.

(h) *Hactenus fortassè scribere debueram, si esse vellem Epistolarum solemnium more contentus, sed scatet animus in loquelas communicandas tecum de estudijs nostris.* August. Hieron. epist. mihi, 86. *in Oper.* D. Hieron. tom. 1.

SU-

## LICENCIA DEL CONSEJO.

DON Joseph Antonio de Yarza, Secretario del Rey nuestro Señor, su Escrivano de Camara mas antiguo, y de Govierno del Consejo: Certifico, que por los Señores de èl se ha concedido licencia à la Hermandad de San Geronymo, de Mercaderes de Libros de esta Corte, para que por una vez pueda reimprimir, y vender el Libro, intitulado: *Vocabulario Latino Hispano*, su Autor el Maestro Antonio de Nebrija, con que la reimpression se haga por el exemplar que và rubricado, y firmado al fin de mi firma; y que antes que se venda, se trayga al Consejo dicho Libro reimpresso, junto con su original, y Certificacion del Corrector de estàr conformes, para que se tasse el precio à que se ha de vender, guardando en la reimpression lo dispuesto, y prevenido por las Leyes, y Pragmaticas de estos Reynos: Y para que conste, lo firmè en Madrid à quatro de Mayo de mil setecientos y cinquenta.

*Don Joseph Antonio de Yarza.*

---

## FEE DE ERRATAS.

EL *Diccionario Latino, y el de Romance en Latin*, por el Maestro Antonio de Nebrija, Gramatico Chronista de los SS. Reyes Catholicos, està bien reimpresso, y corresponde al antiguo, que rubricado, y firmado sirve de original. Madrid doce de Febrero de mil setecientos y cinquenta y uno.

*Lic. Don Manuel Licardo de Rivera.*
Corrector general por su Mag.

---

## SUMA DE LA TASSA.

TAssaron los Señores del Real, y Supremo Consejo este Libro, intitulado: *Vocabulario de Antonio de Nebrija*, à seis maravedis cada pliego, como mas largamente consta de su original; y à que me remito, &c.

AD MAGNIFICENTISSIMUM, AC perinde illustrem D. Ioannem Stunicam, Magistrum Militiæ de Alcantara Ordinis Cistercienfis. Ælij Antonij Nebrissensis Præfatio in interpretatione dictionum ex sermone Latino in Hispaniensem.

UTRUM mihi fuerit honestius, atque magis Republicæ, in illo clarissimo Hispaniæ, ac perinde totiùs orbis terrarum Salmanticensi gymnasio artem Gramaticam profiteri, an amplissimæ dignationis tuæ contubernio, ac iucundissima familiaritate frui, multi quotidie à me quærunt, id quod ego soleo mecum sæpè cogitare. Nam fuit (quod sine arrogantia dictum esse velim) professio illa mea usque adeo illustris, ut etiam malevolorum testimonio, & inimicorum confessione, totum hoc mihi tribuatur, quod Latini sermonis officinam primus aperui, ausus, quod ait Goratianus ille Catius, novis præceptis signa ponere. Et quod ex universa propemodum Hispania Alexandros, Petros, Helias, & duriora adhuc numina, Galteros, Ebardos, Pastranas, & nescio quos indignos, qui numerantur Gramatistas, ac litteratores funditus eradicavi, quodque si apud nationis nostræ homines Romanæ linguæ quidquam est, id totum mihi acceptum referri debet. Et profectò hæc laboris nostri merces ita magna, ut in hoc litterarum genere nulla major excogitari possit, sed tota illa nostræ professionis industria per angustis finibus circunscripta erat.

Nam cum in ennarrandis authoribus omnia propè tempora mea consumerem, quinis quotidie, aut senis horis idre difficillima, nec minus fastidiosa occupatus, fateor, non fuisse totum negotium illud tanti, ut in ea (quæ videbatur ad paucorum utilitatem pertinere) tam bonas horas collocarem, cum fortasse maioribus auspicijs atque ad opera multo maiora natus essem, quæ nostris hominibus multò conducibiliora forent.

Quid, quod habenda fuit ratio valetudines, & ingenij, cuius utriusque vires sentiebam indies hebetare, atque illud mihi usu evinere, quod de lucerna est in proverbio. Dum cætera illustrat, ipsam pati detrimentum.

Itaque cum essem à te, Princeps illustrissime, multis præclarisque beneficijs invitatus, ut tuorum numero ascribi vellem, illic arripui occasionem, & eo quidem libentiùs, quod mihi iam diù cupiebam, quam dari aliquando mibi otium, in quo possem aliquid scribere, quod non modò præsentibus, verùm etiam posteris prodesset.

Non quod hoc satis pulchri intelligere, quam frequens debeat esse is, qui vitam hanc aulicam sectari, atque Principi suo placere studet, ut quod fieri si commodè pos-

AL MUY MAGNIFICO, Y ASSI Ilustre Señor Don Juan de Estuñiga, Maestre de la Cavalleria de Alcantara, de la Orden del Cistèr. Comienza el Prologo del Maestro Antonio de Nebrija, en la interpretacion de las palabras Latinas en Lengua Castellana.

MUCHOS cada dia me preguntan aquello mesmo que yo muchas vezes suelo conmigo pensar, qual de dos cosas me fuera mas honesta, y mas provechosa à la Republica, enseñar Gramatica en el estudio de Salamanca, el mas luzido de España, y por el consiguiente de la redondèz de todas las tierras, ò gozar de la familiaridad, y dulce conversacion de vuestra muy ilustre, y gran señoria. Porque (hablando sin sobervia) fue aquella mi doctrina tan notable, que aun por testimonio de los invidiosos, y confession de mis enemigos, todo aquesto se me otorga, que yo fui el primero que abrì tienda de la lengua Latina, y osse poner pendon para nuevos preceptos, como dice aquel Horaciano Cacio. Y que yo, casi de todo punto, desarraiguè de toda España los Doctrinales, los Pedros, Elias, y otros nombres aun mas duros, los Galteros, Ebardos, y otros no sè que postizos, y contrahechos, Gramaticos no merecedores de ser nombrados. Y que si cerca de los hombres de nuestra nacion, alguna cosa se halla de Latin, todo aquello se ha de referir à mi. Es por cierto tan grande el galardon deste mi trabajo, que en este genero de letras, otro mayor nose puede pensar: mas toda aquesta mi industria de enseñar estaba dentro de muy estrechos terminos puesta. Porque como gastase casi todo mi tiempo en declarar los Autores, ocupando cada dia cinco, ò seis horas en cosa no menos dificil, que enojosa; quiero decir la verdad, que no era en todo aquel negocio de tanto valor, que huviesse de emplear tan buenas horas en cosa que parezca tocar al provecho de pocos, siendo por aventura nacido con mayor fortuna, y para obras mayores, y que fuessen à los nuestros mucho mas provechosas.

Quanto mas, que havia razon de mirar por mi salud, y ingenio, las fuerzas de los quales entrambos sentia mas, y mas ser enflaquecidas, y por experiencia acontecerme lo que de la candela està en el refràn, que alumbrando a los otros, ella recibe mengua.

Assi que, muy ilustre Señor, siendo yo con muchas, y señaladas mercedes de V.S. combidado, que me quisiesse contar en el numero de los vuestros, luego arrebatè la buena dicha, y tanto de mejor gana, que yà ninguna cosa mas deseaba, que ofrecerseme negocio en que pudiesse escrivir alguna cosa, que aprovechasse, no solo a los presentes, mas aun à los que estàn por venir.

No porque yo no sabia bien quan continuo ha de ser aquel que sigue esta vida palaciana, y quiere agradar à su señor, y si buenamente se puede hazer, que nun-

*posit,nullum tempus intermittatur,quod non illi astet,palpetur,blandiatur,ardeat,condoleat,deducat,& reducat, sed quod videbam te ea magnitudine animi, & hæc omnia parvi facere,& ea humanitate,ut nihil esse(modò honestum)quod non mihi per te licère posse considerem. Igitur cum primum tuus esse cœpi, magnam illico spem immortalitatis mihi ante oculos proposui, aggressusque sum opus,quod putabam esse maximum,omniumque maximè necessarium,sed cui non modò ego, verum etiam omnes omnium disciplinarum professores satisfacere vix possint.*

*Nam quotus quisque Præceptor in arte sua,aut non negligit,aut non ignorat pleraque rerum vocabula, in qua si fortè inciderit, aut dissimulat, aut aliud pro alio accipit,aut se nescire fatetur ingenuè,quod si velint esse paulò diligentiores, atque authores illos consulere, qui de verborum significationibus scripserunt, aut nihil reperient, nihilo plus inde reportent, quam si nihil inveniant.*

*Omnes enim qui sibi unquam hanc provinciam assumpserunt, aut in dictionibus absolutis, inusitatis, barbaris, & peregrinis, magna ex parte occupati sunt, aut tam ambiguè, dubitanterque omnia exponunt, ut nihil certi nobis tradant; aut si rem ipsam per diffinitionem, qualis est, nobis describunt, non tamen ita, ut digito mostrari possit.*

*Quod eo fit aut quia ipsi ijdem illa ignorant, aut quia incognita per multo incertiora nobis ostendunt, quæ omnia vitia (quantum fieri potuit) declinavimus. Nam, & vocabula Osca, & prisca, quibus propter antiquitatis maiestatem plerumque utuntur authores, breviter attigimus, neque quidam sub ambiguitate reliquimus, sed aut quid esset, planè diximus, aut confessi sumus nos ignorare, rei genere tantum cum aliqua differentia annotato. Et ne ullus mihi relinquatur veniæ locus, dictiones Latinas, aut Græcas, & Barbaras Latinitate donatas, per exactissimam alphabeti seriem digestas in Hispaniensem linguam convertimus, magno fateor æstimationis meæ periculo, cum non desint, qui litteras ventilent, calumnientur in syllabas, & toti denique huic nostri interpretationi detrahant.*

*Sed audendum fuit aliquid,atque pro utilitate multorum subeunda, ut sapientes, atque insipientes de nobis judicarent. Quod si alicubi excidimus, neque satisfacimus opinioni, quam multi de nobis habent, considerare debebit amicus lector rei difficultatem, & non quid ego fecerim, sed quid alij præstare non potuerint.*

*Nam cum res ipsæ, quarum vocabula sunt, aut cum ipsa natura perennent, aut in solo usu, hominumque arbitrio positæ sint: naturalia illa magna ex parte nominibus tantum peregrinis orbi nostro cognita sunt,& hæc voluntaria (nobis etiam sentientibus) quotidie cum nominibus immutantur. Quid, quod ex ijs rebus dicemus, quarum formæ ( ut Physici dicunt) sempiternæ sunt, quædam penitus interierunt, quasdam incognitas repente natura protulit?*

*Nulla*

nunca se interponga tiempo, en què no estè delante dèl,le lisongee, le alhague, se ria de lo que èl riyere, le pese de lo q̃ le pesare, lo acompañe do fuere,y do viniere;mas porque conocia la grandeza de vuestro animo tamaño, que tenia en poco todo esto,y la humanidad tan grande, que no havia cosa, si fuesse honesta,que no me diesse lugar para la hazer. Assi q̃ luego q̃ comencè à ser vuestro, puse delante los ojos una grande esperanza de inmortalidad, y tentè una obra, la qual pensaba ser la mayor, y mas necessaria de todas, y à la qual, no solamente yo solo, mas aun todos los Maestros de todas las ciencias apenas puedan satisfacer. Porque cada professor en su arte, ò no cura, ò no sabe los mas de los vocablos de las cosas, con los quales si alguna vez encuentran por aventura, ò los dissimula, ò toma uno por otro, ò con una generosa verguenza confiessa q̃ no lo sabe. Y si quieren ser un poco mas diligentes,y tomar consejo de aquellos q̃ escrivieron de las significaciones de los vocablos,ò ninguna cosa hallaràn,ò si algo hallaren, tanto monta,como si ninguna cosa hallassen. Porque todos los q̃ en este cuidado se pusieron,estàn por la mayor parte ocupados en palabras muy antiguas, desusadas, barbaras, y estrangeras, ò declaran las cosas assi confusa,y dudosamente,que ninguna certidumbre dellas nos dexan,ò si por difinicion nos señalan, que tal es aquella cosa,no à lo menos en tal manera, q̃ con el dedo se nos pueda demostrar. Lo qual acontece,ò porque ellos no supieron què cosa era, ò por q̃ nos enseñan las cosas no conocidas,por las menos ciertas. De los quales todos vicios,quanto fuè possible nos apartamos, tocando brevemente las dicciones muy antiguas;de que por acatamiento de la antiguedad à veces usan los Autores,y no dexaron alguna cosa debaxo de duda, antes especificadamente, diciendo,què cosa es,ò señalando el genero con alguna diferencia,confessando que no sabemos la especie. Y porque no me quede lugar de perdon, bolvi en lengua Castellana las dicciones Latinas, Griegas,y barbaras,usadas en lengua Latina,repetidas por muy diferente orden del A,B,C, quiero decir la verdad, con gran peligro de mi honra, porque no faltarà quien examine las letras, acuse las silabas, y en fin reprehenda toda esta nuestra interpretacion.

Mas fue necessario de nos atrever,y por el provecho de muchos sometèrnos al juizio de los que saben,y no saben. Y si en algun lugar tropezamos,y no satisface à la opinion que muchos de mi tienen, ha de considerar el Lector amigo la dificultad de la cosa, y no lo que yo hize,mas lo que los otros no pudieron hazer.

Porque como las cosas de que son los vocablos,ò son perdurables con la misma naturaleza, ò estan puestas en solo alvedrio de los hombres. Las naturales,por la mayor parte,son conocidas en nuestra tierra por nombres peregrinos;y estas otras voluntarias, sintiendolo nosotros, se mudan cada dia con sus nombres. Pues que diremos de aquellas cosas,las especies de las quales (como dicen los Filosofos) son eternas,q̃ unas del todo se perdieron, y otras por el contrario nunca vistas subitamente pario la naturaleza?

Nu-

*Nulla fuit arbor inter antiquos nobilior platano: sed an extet hodiè apud aliquas gentes, ego non ausim affirmare. Certè in Hispania nusquam esse audio. Fuisse autem antiquis temporibus, vel ex eo manifestum est, quod C. Cæsar in memoriam nominis sui arborem propria manu Cordubæ conseuit. Qua de re est epigramma Martialis, lib. 9. epist. 62.*

In Tartesiacis domus est notisima terris,
Qua dives placidum Corduba Bætin amat.
Vellera nativo pallent, ubi flava metallo
Et livit Hesperium bractea viva pecus.
Ædibus in medijs totos complexa Penates
Stat platanus densis Cæsariana comis.

*Quod vero poeta dicit.* Vellera nativo pallent
Ubi flava metallo: *Et alio loco, lib. 12. epist. 64.*

Uncto Corduba lætior venafro
Albi quæ superas aves Galesi
Nullo murice, nec cruore mendax,
Sed tinctis gregibus colore vivo.

*Et alio præterea loco de Bæti fluvio, sic inquit:*

Bætis olivifera crinem redimite corona
Aurea, qui nitidis vellera tingis aquis;

*Nemo est qui dicat se nostro sæculo vidisse oves nativo illo auri splendore intectas. Ubi nunc est illa auri tot sæculi exhausta, atque terris omnibus prælata fertilitas, ex qua pondo auri sexaginta millia quotannis populo Romano pendebat Asturia?*

*Ubi nunc argentarij illi putei ab Hannibale incoati, quorum unus tantum tercentas argenti libras quotidie Carthaginensibus subministrabat?*

*Ubi nunc in Provincia Bœtica numerosa illa plumbi inventio? Ubi in Tarraconensi ad Segobriam lapidis specularis metalla? Ubi torrentis illius, qui præterlabitur Tarraconem lini tenuandi, poliendi, candificandi incredibilis quædam natura, Carbasis ibi primum repertis? Quæ omnia eo usque evanuerunt, ut nec vestigium quidem ullum nostra ætate reperiatur. At è contrario multa sunt nostro sæculo, quæ antiquitas illa, aut penitus ignoravit, aut genere tantum in distinctione cognito, differentias rerum non intellexit.*

*Mala citrea unius tantum generis, ac nominis, atque ita vix cognita apud antiquos fuisse legibus.*

*Nos verò eius pomi varijs generibus nomina diversa indidimus,* cidras, naranjas, toronjas, limas, limones, *appellantes.*

*Accipitres eos, qui sic propriè appellantur, & quibus tempestatis nostræ aucupes; utuntur, in duo genera distinxit Aristoteles author omnium diligentissimus, atque humipetas, & sublimipetas appellat, nos,* azores, & alcones *dicimus.*

*Sed quòd illis temporibus ars hæc accipitraria nondum erat inventa, neque accipitrum usus adeò frequens satis habuerunt, illos ex ratione volatus in duo genera partiri.*

*Nostro verò, quibus hæc ars est in maximo honore complures in utroque genere differentias fecerunt,* gavilanes, azores, gerifaltes, neblíes, sacres, alfaneques, baharies, tagarotes, *tum plumarum ratione, tum nas-*

Ningun arbol fuè entre los antiguos mas notable que el platano: yo no ossaria afirmar, que lo ay oy cerca de algunas gentes. A lo menos en España, no oygo decir que se halle. Y que en aquellos tiempos le huviesse, parece muy claro, por aquello que Cesar, en memoria de su nombre, lo plantò en Cordova por su propia mano. De lo qual hay una epigrama de Marcial, que dice:

*En el Andalucia hay una muy noble casa,*
*Donde la rica Cordova goza del dulce Guadalquivir,*
*Donde los rubios vellones, con el natural oro, son amarillos.*
*Y la viva hoja tiñe las ovejas de España.*
*En medio de essa casa està un platano de Cesar,*
*Que abraza el aposentamiento de ella.*

Y lo que el Poeta dice: *Donde los rubios vellones con el natural oro son amarillos.* Y en otro lugar:

*O Cordova, mas gruessa que gruesso venafro,*
*Que vences las ovejas del blanco Galeso,*
*No con trocatinte de sangre de purpura,*
*Mas tiñendolas con vivo color.*

Y en otro lugar, hablando de Guadalquivir, dice:

*O Guadalquivir coluna de olivas,*
*Que tiñes los dorados vellones con aguas lucias.*

Ninguno ay en nuestro tiempo, que diga aver visto ovejas teñidas de aquel natural resplandor de oro. Donde està aora aquella fertilidad de oro, nunca vazia en tantos siglos, y antepuesta à todas las tierras, de la qual las Asturias rentaban cada un año al Pueblo Romano sesenta mil libras de oro? Donde estàn aquellos pozos de plata, que comenzò Anibal, de los quales uno solo rentaba cada dia à los Cartaginenses trescientas libras de plata? Donde està en el Andalucia aquella copiosa invécion de el plomo? Donde en Aragòn, cerca de Segorve, aquellos mineros de piedras que se traslucian? Donde aquella maravillosa naturaleza del arroyo, que passa por Tarragona, para adelgazar, pulir, y blanquear el lino? Donde los Carbasos fueron primero hallados? Lo qual todo assi desapareciò, que ningun rastro desto se halla en nuestro tiempo: Por el contrario, muchas cosas ay en nuestro siglo, las quales la antiguedad, ò de el todo no conociò, ò confusamente conocido el genero, no entendiò sus diferencias, solamente leemos un nombre, y genero de fruta agria, y assi apenas conocida entre los antiguos. Pero nosotros pusimos diversos nombres à diversos generos de aquella fruta, llamàdolas cidras, naranjas, toronjas, limas, limones.

Las aves de caza, que propiamente assi se llaman, y de las quales usan los Cazadores de nuestro tiempo en dos generos las repartiò Aristoteles, el Autor de todos, el mas diligente, y llamòlas baxo bolantes, y alto bolantes; nosotros nombramos los azores, y alcones. Mas porque en aquellos tiempos, esta arte de la cetreria, aun no era hallada, ni el uso destas aves tan expresso, harto les pareciò partirlas en dos linages por las diversidades del buelo.

Pero los nuestros, que tienen esta arte en gran estima, hicieron en este genero muchas diferencias, gavilanes, azores, gerifaltes, neblíes, sacres, alfaneques, baharies, tagarotes, distinguiendolos, ò por la razon

*nascendi ordine, tum patriæ, prædæ, victus, morumque varietate distinguentes.*

*Contra: in apibus animal, quo nullum est nobis familiarius, & quo ex insectorum genere solum est hominum causa generatum, multa sunt quæ nec apiarij quidem nostri sæculi intelligunt, cum à majoribus nostris sint perspecta, simul, & cognita.*

*Quis enim hodie ex mellatione aliud percipit, quàm mel, & ceram? Pauci ex medicis novere propolim. Rhitacen verò, quod erat ex favis mel pretiosissimum, virtutisque, ad illiciendum mirandæ, nec suspicari quidem possunt, quid sit cum cleros, metys, pissoceros magni ad medicamenta usus omninò illis re, atque nomine incognita sint?*

*Iam verò ex ijs rebus, quæ sunt in promptu, semperque fuerunt, multa significantius uno verbò Latinus sermo dicit, quàm nos pluribus. Esto, exempli causa omre, quod significat illud (ut ita dicam) auspicium, quod captamus ex eo, quod locutus est quisque in re per quam diversa, si velimus Hispanum facere, vix multis verbis id poterimus consequi. Si verteremus in* alfil Toledano*; rectè atque Hispanæ interpretaremur, sed quod illud sit, per pauci intelligunt. E contrario multa Latinus sermo habet, quorum vim etsi Latina lingua sentit, non tamen habet unum aliquod verbum, quo illa enuntiet*

*Vt ecce à cubito nos fecimus,* codada, *pro eo quod est Latinè cubiti ictus,* codear, *pro eo quod est cubito pellere. Quod si earum rerum, quæ sunt per naturam constantes, vocabulorum tanta mutatio est; quid futurum putamus in ijs, quas aut necessitas humana quotidie reperit, aut luxuria parit, aut otiũ excogitat?*

*Ex hoc genere sunt vestes, armamenta, cibi, vasa, naves, instrumenta musicæ, rei rusticæ, atque omnium illarum artium, quas in opulentissima quaque civitate cernimus. Hæc idcircò cum multis repetita sunt, ut nemo miretur, si non semper Hispaniensi à Latinis, atque Hispanis Latina vocabula reddimus.*

*Nihil enim in utriusque linguæ dictionibus comparandis tam præ nobis tulimus, quàm illud quòd de lege interpretandi est à Cicerone dictum elegantissimè, Verba non numeranda, sed ponderanda esse.*

*Neque otiosum quis putet, quod in eodem opere duo simul opera edidimus. Nam illud quoque fuit nobis curæ, ut prospiceremus omnium utilitati. Et eorum qui ex Hispano in sermonem Latinum venire cupiant, & horum qui Latinos codices legere audent, nec dum tamen illis cognitio Latinæ linguæ absoluta contigit.*

*Volumen tamen ipsum sub incredibili quadam brevitate contraximus, ne pauperes magnitudo pretij ab emptione, divites verò fastidiosos umbilicus crassior à lectione deterrere: simul etiam quo facilius sub ala, atque in sinu, manuque gestari, & circunvehi potest.*

*Inscripsimus autem, non qua cæteri arrogantia, Catholicon, Pandectas, Cornu, Amaltheas, quod est universale comprehensorium Cornucopiæ appellantes, sed pleno verecundiæ titulo, Lexicon Græcè, quod est Latinè dictionarium.*

*Tuæ verè amplitudini dedicavimus, non qua fiducia cymbalum illud mundi Apion Grammaticus, qui dice-*

razon de el plumage, por la orden de el nacer, ò naturaleza, presa, mantenimiento, y diversidad de costumbres. Por el contrario en las abejas, animal tan familiar à nosotros, que ninguno es mas, el qual solo de los ceñidos fuè criado por causa de los hombres: muchas cosas hay, que aun los colmeneros de nuestro siglo no sienten, siendo de nuestros mayores vistas, y conocidas.

Por què el dia de oy ninguno recoge de la castrazon, sino miel, y cera? Pocos de los Medicos saben què cosa es propolis. Pues triaca, que era de los panales la miel mas estimada, y de virtud maravillosa para atraer, ni aun por sospecha sabràn què cosa sea: y acleros, metys, y pissoceros, cosas de mucho provecho para las medicinas, del todo les son escondidas por virtud, y nombre. Pues de aquellas cosas que estàn à la mano, y siempre fueron muchas, dice el Latin mas propiamente por una palabra, que nosotros por muchas, como omen, lo qual (à manera de decir) significa aquel aguero que tomamos de lo que uno hablò à otro proposito; si quisieremos bolverlo en Castellano, apenas lo podrèmos hacer en muchas palabras, ò si lo bolviessemos en el alfil Toledano, seria la interpretacion derecha, y Castellana, mas pocos entienden q̃ cosa sea aquello. Y por el cõtrario, muchas cosas tiene nuestra lengua, la fuerza de las quales, aunque la tiene Latina, no tiene una palabra, por la qual la pueda decir. Como de codo, nosotros decimos codada, por lo q̃ en Latin se dice golpe de codo; codear por lo que dà del codo. Pues si tanta mudanza ay en los vocablos de las cosas q̃ duran cõ la naturaleza, què serà en aquellas q̃ cada dia halla la necessidad humana, ò pare la luxuria, ò busca la ociosidad? Deste genero son las vestiduras, armas, manjares, vasos, naves, instrumentos de musica, y agricultura, y de quantas artes vemos en cada Ciudad muy rica, y bastecida. Esto avemos assi largamente dicho, porque ninguno se maraville, sino siempre dimos palabras Castellanas à las Latinas, y las Latinas à las Castellanas. Porque en encorejar las palabras de estas dos lenguas, ninguna cosa tuvimos mas ante los ojos, que en lo que la ley de la interpretacion muy hermosamente dixo Tulio, que las palabras se han de pesar, y no contar.

Ni pienso que fuè cosa demasiada publicar dos obras en una misma. Porque tambien miramos por el provecho de todos; y assi de los q̃ por la lengua Castellana desean venir à la Latina, como de los que yà ossan leer libros Latinos, y aun no tienẽ perfecto conocimiento de la lengua Latina. Estrechamos esso mismo el volumen debaxo de una maravillosa brevedad, porque la grandeza del precio no espãtasse à los pobres de lo comprar, ni la frente alta del libro à los ricos fastidiosos de lo leer. Y tambien porque mas ligero se pudiesse traer de un lugar a otro en la mano, y seno, so el brazo. Intitulamoslo, nò con aquella sobervia q̃ otros, llamandole Catholicon, Pandectas, cuerno de Amaltea, quiero decir, universal comprehensorio, cuerno de la Diosa Copra, mas con titulo lleno de verguenza; Lexicon en Griego, q̃ es Diccionario en Latin. Consagrelo à vuestra magnifica S. no con la fiducia q̃ aquella campana del mundo Apion Gra-

*dicebat illos à se immortalitate donari, ad quos opera sua componebat; sed quà Phidias ille primus turenticæ artis repertor, qui cum Athieniensibus ex auro, & ebore memoratissimam illa Minervæ statuam effingeret, nomenque suum inscribere non liceret, sui ipsius per similem imaginem, ita clypeo coagmentavit, ut ea convulsa, tota operis colligatio semoveretur.*

*PRincipio Omnes dictiones indifferentia esse quintuplici. Nam aut sunt Oscæ, aut priscæ, aut novæ, aut barbaræ, aut probatæ. Oca sunt vocabula, quæ, & opica possunt apellaris, quibus Osci, atque Opici antiquissimi Italiæ populi usi sunt, sed quæ sæculum eruditius omninò damnavit, atque ex usu penitus exclusit.*

*De quibus lib.* I. *oratoriarum institutionum Quintilianus ait: Neque sunt utique, verba ab ultimis, etiam abliteratis temporibus repetita, qualia sunt prosapia, exantiare, intigerio, & Saliorum carmina vis suis Sacerdotibus intellecta.*

*Prisca verba (ut idem actor inquit) afferunt orationi maiestatem aliquam non sine delectatione. Nam, & authoritatem antiquitatis habent, & quia intermissa sunt, gratiam novitati similem parant.*

*Sed opus est modò, ut neque crebra sint, neque manifesta, quia nihil est odiosius affectatione, qualia multa legimus apud Plautum, Terentium, Catonem, atque etiam ex iunioribus Virgilium, & Lucretium. Nova sunt, qua probatissimi auctores ausi sunt in medium proferre, cum antea non essent, ex Horatij memorabili præcepto:*

Licuit, semperque licebit,
Signatum præsente nota producere nomen.

*Sic Cicero à beatus fecit beatitas, & beatitudo, quorum alterum explosum, alterum receptum est. Sic nostra ætate Franciscus Philelphus* stapeda, *pro eo quod Hispanæ dicimus,* estrivo. *Cuius audacia, quamquam est à plerisque reclamatum, potest tamen excusari, quod nullum invenit Latinum nomen, quo posset significare id, quod volebat, cum neque res ipsa fuerit apud antiquos: sic & nos ipsi multa in hoc genere sumus ausi, quibus ego interim censeo utendum, quoad meliora ab alijs fuerint inventa. Barbara sunt quæ es peregrino sermone ascita, Latino sermoni auctores inserverunt. Sic Virgil. ex sermone Germanico sumpsit,* cateia, *quod est iaculi genus. Sic ab Afris,* magalia, *quæ sunt casæ pastoritiæ. Sic Cicero à Sardis,* mastruga, *quod est vestis genus. Sic Iuvenalis,* rheda, *quod est vocabulum Gallicum, significatque vehiculi genus*

*Sed ut Quintilianus ait, excusatur hoc vitium, aut consuetudine, aut authoritate, aut vetustate, aut denique vicinitate virtutum. Probata verò vocabula sunt habenda, quibus auctores illi utuntur, qui floruerunt intra ducentos circitèr quinquaginta annos ab ortu Ciceronis ad Antonium Pium, hoc est, à centesimo ante natalè Christi anno ad cetisimum quinquagesimum, ex quo*

Gramatico, el qual decia daba inmortalidad aquellos à quien intitulaba sus obras; mas con la confianza de Fidias, el primer inventor del buril, el qual haciendo à los Atenienses aquella muy mentada estatua de Minerva de oro, y marfil, como no pudiesse escrivir en ella su nombre, en tal manera trabò su misma muy semejante imagen al escudo, que si le arrancassen, toda la trabazòn de la obra se desasiesse.

PRimeramente, que cinco maneras hay de vocablos; porque, ò son Oscos, ò antiguos, ò son nuevos, ò son barbaros ò aprobados. Oscos se pueden llamar, ò Opicos, aquellos vocablos de que usaron los Oscos, y Opico, Pueblos de Italia muy antiguos, mas condenòlos de todo punto, echòlos del uso el siglo mas enseñados

De los quales dice Quintiliano en el primero libro de sus Oratorias instituciones: No sean las palabras tomadas de los ultimos tiempos, y ya olvidados, quales son por generacion, acabar mucho, y los versos de los Sacerdotes Salios, que ellos apenas entendian.

Las palabras antiguas (como dice el mismo Autor) dan al mesmo razonamiento alguna magestad con mucha delectacion. Porque tienen autoridad de lo antiguo, y por ser desusadas, tienen gracia, como si fuessen nuevas. Mas es menester una templanza, que ni sean espesas, ni manifiestas; porque ninguna cosa es mas odiosa, que lo esquisito: tales leemos muchas en Plauto, Terencio, Catòn; de los mas nuevos, Virgilio, y Lucrecio. Nuevas son las palabras que los Autores muy aprobados ossaron sacar à luz, no haviendolas antes, por aquella notable regla de Horacio: Fuè licito, y siempre serà sacar nombre del cuño que se usa. Assi Tulio de beatus, hizo *beatitas*, *beatitudo*, de los quales el uno fue desechado, y el otro recibido: assi en nuestros dias Francisco Filelfo hizo *stapeda*, por aquello que en Castellano decimos estrivo. La ossadia del qual (aunque todos los mas reclamaron) puedese escusar, porque ningun nombre Latino hallò, por el qual diesse à entender lo que queria, no siendo aquella cosa entre los antiguos. Assi yo mesmo en esta parte usè muchas cosas, de las quales entretanto me parece que se debe usar, hasta que por otros se hallassen otras mejores. Barbaras son las palabras, que tomadas de alguna lengua peregrina los Autores mezclaron al Latin.

Assi Virgilio de la lengua Tudesca tomò cateia que es asta para tirar. Assi de los de Africa Magalia, que son casas de Pastores.

Assi Tulio de los Sardos mastruga, que ès cierto vestido. Assi Iuvenal rheda, que es palabra Francesa, y significa un linage de carro.

Mas como dice Quintiliano, escusase este vicio, ò por costumbre, ò por autoridad, ò por antiguedad, ò finalmente por alguna vecindad de hermosura.

Aprobadas son las palabras, que son de aquellos Autores que florecieron casi dentro de docientos y cinquenta años, desde el nacimiento de Tulio, hasta Antonio Pio; quiero decir, cien años antes del Naci-

*quo salutem Christianam numeramus. De quo verborum genere Quintilianus inquit, ut novorum optima erant maximè vetera, sic veterum maximè nova.*

*Ex probatis verò alia sunt usitata, alia rara. Inter quæ rursus alia est differentia, quod alia sunt poetica, alia oratoria, alia historica. Auctoritas, ut idem Quintilianus ait, ab oratoribus, & historicis peti solet nam poetas metri necessitas excusat.*

*Quare vocabulis Opicis, atque barbaris illis tantum utemur, quæ sunt ab authoribus celebrata, atque id quidem rarissimè, nec sine quadam ignominiæ nota addentes:* Vt ita dixerim, ut sic loquar, *& similia, quibus sermonis impropietatem excusare consuevimus. Priscis verò, & novis rarò quoque, & cum verecundia quadam, ut excusare possimus, id fecisse, aut in honorem antiquitatis, aut necessitate; cum dictionem Latinam non habemus, qua id quod volumus, significare possimus.*

*Probatis verò, quæ sunt in usu frequenti, frequenter raris, rarò poeticis, in carmine tantum; oratorijs verò, & historicis, & in prosa oratione, atque in carmine indifferenter utendum.*

*Atque, ut in tanta ambiguitate lectorem monere possimus, adiecimus cuique dictioni notam, quæ censeri debet, cuius sit ordinis.*

*Nam Oscis. Os. priscis, pr. novis, no. barbaris, bar. raris, ra. Poetis, po. quibus verò nihil tale apposuimus usitata, & oratoria intelligendum est, nam Græcis receptis æquè ac Latinis utemur. Ortographia verò quia simplex non est, atque, ut ait Quintil. consuetudini servit, & cum temporibus sæpè mutatur litteraturam illam sequemur, in quam plerique authores consentiunt.*

*Quare meminisse debebitis qui dictionem aliquam requirit posse illam scribi per vocalem aspiratam, vel exilem, vel per œ, vel æ diphthongo, vel sine diphtongo, per simplicem, aut duplicem consonantem, per ch. ph. rh. th. aspiratas, aut per c. p. r. t. exiles.*

*Itaque si orthographiæ ratio lectori non satis constat, neque cessabit ab inquisitione, quoad omnes locos fuerit perscrutatus.*

*Inter, i, iota, & y psilon, etsi tanta distantia est, quanta potest maximè inter duas vocales; inter, i, præterea, & u, cum accipiuntur pro vocalibus, cum pro consonantibus scribuntur, tanta sit differentia, ut inter duas quaslibet litteras major esse non possit, nos tamen utrarumque ordinem confundimus.*

*Prosodiam quoque ex eiusdem Quintiliani sentẽtia in hunc modum designavimus, ut cum littera alium, vel alium intellectum (prout producta, vel correcta est) facit ambiguitatem illam apice distinguamus, ut quia malus prima producta, significat arborem, apicem eidem imponamus, ne putetur significare non bonam. Occido præterea, quia media longa significat interficio, eadẽ brevi cado, sive pereo tãta errandi occasio tolletur apicè primæ, aut secunda syllabæ imposito.*

*Idem quoque fecimus in dictionibus illis, quæ perverse ab imperitis efferuntur, aut habentur accentum paulò recõditiorem ponẽtes. Nam in omnibus id facere*

cimiento de Christo, hasta ciento y cinquenta años despues de la salvacion de los Christianos. Del qual linage de palabras dice Quintiliano, que assi como de las nuevas son mejores las mas viejas, assi de las viejas las mas nuevas. De las aprobadas, unas son usadas, otras raras. Entre las quales tambien hay otra diferencia: unas son poeticas, otras oratorias, y historicas. La autoridad, dice Quintiliano, de los Oradores, y Historiadores se suele tomar, porque la necessidad del metro escusa los Poetas.

Assi que de los vocablos Opicos, ò Barbaros, solamente usarèmos de que usaron los Autores, y aun esso pocas veces, añadiendo una señal de infamia: *Porque assi lo digo, ò à manera de decir, ò en semejante manera*; donde solemos escusar la impropiedad de la lengua. De las antiguas, y nuevas pocas veces usarèmos, y con verguenza, y que nos podamos escusar que lo hicimos; ò por honra de la antiguedad, quando no tenemos palabra Latina, por la qual digamos lo que queremos. De las aprobadas que estàn en el uso espeso, usarèmos espesamente; de las raras pocas veces; de las poeticas solo en el verso; de las oratorias, y historicas en prosa, y verso en alguna diferencia. Y porque en tanta dificultad avisemos al Lector, añadimos à cada palabra una señal, por la qual se juzgue de què ordẽ es.

Y à las Oscas pusimos os. à las antiguas pr. à las nuevas no. à las barbaras bar. à las raras ra. à las poeticas po. à las que ninguna cosa entendèmos, que son usadas, y oratorias, porque de las recibidas de los Griegos usarèmos como de Latinas. Y porque la Ortographia no es sencilla, y como dice Quint. sirve à la costumbre, y con los tiempos se muda muchas veces, seguiremos aquella razon de las letras, en que conciertan los mas de los Autores.

Assi que el que buscare alguna palabra, recuerdese que aquella se puede escrivir con vocal aspirada, ò sutil, ò con æ, ò œ, diphtongo, ò sin diphtongo, por sencilla, ò doblada consonante: ò con ch. ph. rh, th. aspiradas, ò con c. p. r. t. sutiles.

De manera, que si el Lector no tuviere cierta la razon de la Ortographia, no cessara de buscar, hasta que requiera todos aquellos lugares. Entre la i espesa, y la y sutil, aunque ay tanta diferencia, quanto no puede ser mayor entre dos letras vocales, y tambien entre la i. v. quando se toman por vocales, ò quando se escriven por consonantes, tanta diferencia ay, quanto no puede ser mayor entre dos qualesquier letras; pero nosotros cõfundimos la orden de las unas, y de las otras. La prosodia esso mesmo, segun la sentencia de Quintiliano, señalamos en esta manera, q̃ quando la letra por ser luenga, ò breve hace diversos entendimientos, quitemos aquella duda con un rasguito. Como porque malus, la primera luenga significa el manzano, le pongamos aquel rasguito, porque no piensen q̃ significa no bueno. Occido tambien, porque la de medio luenga significa matar, y aquesta mesma breve, caer, ò perecer: esta ocasion de errar se quitara, puesto el rasguito sobre la primera, ò segunda sylaba. Esto mismo hicimos en las palabras, que los que poco saben pronuncian al re-

*re, est quidem ineptissimum, cum virtus, & ars (quemadmodum ait Aristoteles) circa difficile versetur. Nemo enim ignorat, quo accentu* dominus *efferatur, qua re id extra rationem artis erit. Sed quoniam indocti proferunt sinapis, àratrum, Iacobus. Isìdorus, & alia multa secunda sylaba brevi, eaque eadem accentu gravi, & è contrario bissìnus, Adamantìnus, Origènes: Hermogènes penultima acuta, hic omnibus labor, hoc opus artis est, tantam ignorantiam ex hominum mentibus extirpare.*

*Quia verò posset quispiam ambigere, quo accentu dictiones incognitæ à plerisque proferuntur, apice omnis ambiguitas illa tolletur.*

*Etymologiæ ratio, quàm Cic. veriloquium interpretatur, quamquam latissimè patet, eius vim præcipuam ostendemus, cum dictionis cuiusque intellectum referamus, quod alij fecerunt partim negligentius. Non vocabulorum originem, quoniam in hoc opere spatijs iniquis excludimur, in aliud opus differre libuit, tantum adiectus est nomini genitivus, & primæ positioni verborum secunda persona singularis in flectendi modo, ut significaremus, quotæ declinationis illa essent hæc verò quotæ coniugationis, quæ rei significationem plerumque mutat. In alijs verò, quæ partes orationis essent, in compendium scripsimus.*

revès, ò tienen el acento un poco escondido. Mas hacer esto en todas es desvarío; porque (como dice Aristoteles) la virtud, y el arte negocian en las cosas dificiles. Porque todos saben, *dominus* con què acento se pronuncia, y porque està yà fuera de artificio. Mas porque los ignorantes pronuncian mostaza, arado, Diego, Isidro, y otras muchas palabras, la penultima sylaba breve, y aquella misma por acento grave: por el contrario, por cosa de viso, de diamante, Origines, Hermogenes, la penultima aguda; este es el trabajo, esta es la obra de el arte, quitar la ignorancia del pensamiento de los hombres.

Y porque podria alguno dudar, con què acento se pronuncian las dicciones à pocos conocidas, toda aquella duda se quitarà con aquel rasguito.

La razon de las Etymologias, la qual Tulio interpreta, verdad de palabras, aunque à muchas cosas se estiende, demostramos su principal fuerza, declarando la significacion de cada palabra, la qual otros hicieron escura, ó negligentemente. Mas el origen de los vocablos, porque la estrechura de esta obra no lo sufre, plugonos de la dexar para otra obra, solamente añadimos al nombre su genitivo, y à la primera posicion del verbo la segunda persona singular de indicativo, para significar, de què declinacion era el nombre, y de què conjugacion el verbo, lo qual muchas veces muda la significacion.

Y en las otras escrivimos por breviaturas, què partes eran de la oracion.

AD INDOLIS EGREGIÆ LIBEROS, MAGNIFICI, AC PROINDE Splendidissimi Equestris Ordinis viri Michaelis Almazani, à Secretis clarissimi Ferdinandi Regis, Ælius Antonius Nebrissensis historicus Regius.

S. D. P.



LIBET mihi paulisper iocari vobiscum, filij charissimi: sic enim volo vos interim appellare, sive ætatis, sive doctrinæ, sive amoris pietatisque ratione. Fuit, me iuvene, Evangelista quidam nomine, vir inter primores Hispanos, atque in Curia Regali propè semper versatus, alioquin naturà perquam facetus. Is cum itinere quodam affectaretur Arevacensium Ducem, perventumque esset in bivium, quod indiscreta differentia se in duas partes findebat interrogatus ab ipso Duce, utra ex illis ad locum destinatum perduceret? Utramque respondet, Clarissimé Dux, simul arripito: isto namque modo non aberrabis. Cum mensibus proximis Bilbili cum pientissima matre vestra hybernaretis, accipi litteras á prælectore vestro Lastra, quibus faciebat me certiorem, & vos benè valere, atque in præceptis artis Grammaticæ, illis maximé, quæ in promptu esse debent, satis commodé institutos. Lætatus sum, ita me Deus bené amet, pervenisse vos iam ad bivium, quemadmodum ait Poëta: *Partes ubi se via findit in ambas*. Non dico illas, quarum altera tendit ad Elysios, altera ad pallentes umbras Erebi, noctemquè profundam; sed ad illas, quibus insistunt Latini sermonis studiosi. Quas ego nunc vos cum Evangelista meo simul arripere hortor, & moneo: non enim altera obstat alteri, cuiusmodi erant illæ, de quibus interrogatus respondit: quin potiùs alterutra alterius auxilio recreata ad destinatum finem perducit. Quæ sunt, dicetis, duæ illæ viæ, quibus tantopere iubeo vos insistere? Nimirum, ut Latinam lectionem vertatis in sermonem Hispanum, atque é diverso Latinis Hispanas voces permutetis. Non obstat alterum studium alteri; imò se invicem iuvant, cum eadem sit: via Thebis Athenas, & Athenis Thebas: exemplum Dialecticis familiare, quod iam in proverbium abijt. Quædam enim sunt opera, quæ nisi è contrario nitentibus perfici non possunt: quemadmodum mulierculæ duæ lintea polientes, cum humorem conceptum exprimere volunt, numquam efficient, quod ambæ intendunt, nisi utrimque obluctantes distorqueant. Utramlibet institueritis viam, iucundissimi filij, duos mitto vobis duces, atque studiorum vestrorum probos adjutores. Alterum, qui vobis Latinos authores legentibus præsto sit, cum in reconditioris alicuius significationis verbum incideritis; alterum quem possitis consulere, quoties à præceptore vestro proposita Hispana thesis Latino sermoni vobis reddenda fuerit. Sic enim & Latina Hispanis, & Hispana Latinis commodissimè permutabitis. Valete, patris optimi, atque proinde nobillissimi voluptas, & altera spes. Salmanticæ Kal. Aprilis. Anno M. D. XII.

Im-

Imperator Trajanus Hiſpanus nobilitavit Hiſpaniam varijs ædificijs, atque inter cætera conſtruit iuſsit ſuper Tagum pontem à ſe cognominatum, qui nunc vulgò dicitur, DE ALCANTARA: opus ſuperbum, & Imperatoria Majeſtate dignum, in quo etiam hodie ſequentes viſuntur inſcriptiones.

Ex utraque parte arcus.

IMP. CÆSARI. DIVI, NERVÆ. F. NER.
VÆ TRAIANO. AUG. GERM. DACICO.
PONTIF. MAX. TRIB. POTES. VII.
IMP. VI. CONS. V. P. P.

Creſcit malum, * Ingraveſcit malum.
Creteus, * Cretenſis.
Criminalis, * Capitalis, cauſa criminis, & cauſa ex crimine, cauſa, & lis capitis, criminales cauſæ, & criminalis quæſtio.
Crimine carere, * Vacare culpa.
Crucifigo, * Cruce afficio, cruci ſuffigo, in crucem ago, vel tollo.
Crumena. * Theca nummaria.
Cudo, * Tundo.
Culinarius, * Coquinarius.
Cum venia, * Pace tua, vel, ſit venia dicto.
Curabilis, * Quod curationem recipere poteſt.
Curſito, * Curſo.
Curto, * Decurvo.
Curvamen, * Aduncitas.
Cuſpis, * Mucro.
Cyclopædia, * Encyclopædia.

## D.

DAmnifico, * Damno, vel detrimento, afficio damnum, vel detrimentum affero.
Damnoſus, * Qui alicui damno, vel malo eſt.
Dapes, * Epulæ.
Dare, aut dicere ſententiam. * Ferre ſententiam.
Dare, adferre pecuniam, * Numerare pecuniam.
Deauratus, * Inauratus.
Debeo ſcrivere, aut facere, * Scribendum mihi eſt, non poſſum quin ſcribam.
Decens, * Par, conveniens.
Deceptio, * Circunſcriptio, aucupium, tendicula.
Deceptorius, * Veteratorius, inſidioſus.

Deceptor, * Circumſcriptor.
Decimo, * Decuſſo hoc modo X.
Declivis, * Devexus, præceps.
Decollo, * Cervicibus caput abſcindo.
Dedecens, * Turpe, indecorum.
Defalco, * Deduco.
Defectus, * Vitium.
Definitum in neutro, * Res, quæ definitur.
Deforis, * Foris, extrinſecus, vel Foris, & extrinſecus, vt in ipſa arte inſit, non foris petatur extremum.
Deformoſus, * Deformis, turpis.
Deifico, * In Deus refero, vel repono, conſecro, dedico.
Delator, & delatio, * Iudex, iudicium.
Delaſſo, * Defatigo.
Delectabilis, * Habens magnam delectationem.
Delector, * Acquieſco.
Demandatus, * Mandatus, iniunctus, impoſitus.
Demano, * Emano, proficiſcor, orior.
De menſa, aut per cambium pecuniam accipere, * Permutare pecuniam.
Dementatio, * Mentis amiſsio.
Demirandus, * Admirandus, admirabilis.
Demonſtratio, quid eſt? * Demonſtratio ex effectu; & Demonſtratio qua res convenire docetur.
Demonſtratio propter quid, * Demonſtratio ex cauſa.
Demordeo, * Mordicus aufero.
Demulceo, Delinio, capio.
De novo, ab initio, * Deintegro, denuò.
Dependeo, * Pendeo.
Deprædor, * Spolio, deſpolio, prædor, eripio.
Deputatus, * Certus, definitus, deſtinatus, attributus, conſtitutus, dictus.
Deriſio, * Ludibrium.
Derivatus, * Ductus productus.
Deſcendentes, * Poſteri, nepotes.
Deſertum, * Deſertus locus, vaſtus, incultus, ſolitudo.
Deſes, * Deſidioſus, iners, languidus.
Deſidioſè, * Per deſidiam.
Deſignum, * Ratio, conſilium.
Deſolatio, * Vaſtitas, exciſio, excidium.
Deſolor, * Everto, vaſto.
Deſponſata, * Deſponſa.
Deſtructio, * Ruina, excidium, exitium, exciſio, deturbatio, vaſtitas.
Deſtructor, * Interfector, perditor.
Deſueſco, * Deſuefio, conſuetudinem aliquid faciendi depono, detraho.
Detego, * Indico, enuncio, innuo, aperio, patefacio, illuſtro.
Deterioro, * Deterius facio.
Detracto, * Detraho.
Detrimentoſus, * Malus, noxius.
Deturpo, * Inquino.
Devio, Declino, deflecto de via.
Devotus, * Religioſus, caſtus, pius, ſanctus, religionibus deditus, religionem colens.
Dexteritas, * Commoditas.
Diameter, * Media linea.
Diapaſon, de ſomn. 12. * Illi octo curſus, in quibus eadem vis eſt duorum modorum, ſeptem efficiunt diſtinctos, intervallis ſonos.
Dicatio libri, * Nuncupatio.
Dici ad aliquid, * Conferre cum aliquo.
Dictamen rationis, Communis intelligentia, præſcriptio, vel præſcriptum rationis, ſuma ratio inſita in natura, quæ iubet ea quæ facienda ſunt, prohibetque contraria: ſumma lex, recta; perfecta; perfecta ratio, cœleſtis deſcriptio, natura, norma legis.
Dieſcit, Diluceſsit, lucere incipit.
Diffamo, * Infamiam enfero.
Differentia, * Controverſia.
Difficulto, * Difficultatem affero, difficilè reddo.
Dignitas, * Poſtulatum, Græcæ Axioma.
Dignoſco, Internoſco.
Diluvium, * Eluvio terrarum, mira proluvies, magna vis aquæ.
Diſcooperio, * Aperio.
Diſconveniens, * Alienum.
Diſcordans, * Diſcrepans, varius, vt varium ius, )( Congruens, conveniens.
Diſcordantia, * Diſcrepantia.
Diſcurro, Volito, vagor.
Diſcurro, * Percurro.
Diſiunctiva, * Diſiunctio.
Diſparitas, * Varietas.
Diſpenſare, * Solvere legibus.
Diſplicentia, * Dolor, offenſio, moleſtia.
Diſpoſitus, * Affectus.
Diſpoſitio, Affectio.
Diſſonare, * Diſſentire, diſcrepare, diſsidere.
Diſquiro, * Exquiro.
Diſſono, * Diſſentio, diſcrepo, diſsideo.
Diteſco, * Dives fio, pecuniam facio, rem augeo, patrimonium amplifico.
Diverſimodè, * Non vno modò.
Diverſifico, * Vario.
Diverſitas, * Varietas, diſsimilitudo.
Divinator * Divinus, divinans, vt Aruſpex. Augur, Ariolus, Vates, coniector.
Diviſibilis, * Dividuus. )( Individuus.
Diviſim, * Separatim, ſeorſum.
Dociliter, * Intelligenter.
Doctio, Doctrina.
Dogmaticus, * Cujus libertas differendi amiſſa eſt, quique in diſputando, non ſuum iudicium ſequitur, ſed auctoritati aliorum paret.
Dolendus, * Habens dolorem.
Dolentia, * Dolor, )( indolentia.
Dolorificos * Faciens, vel efficiens dolorem.
Dominari, atque imperare, * Rerum potiri, & ſummæ potiri.
Dominium, Mancipium, nexum, vel nexus, G. cteſis.
Dominatio, * Dominatus.
Domuitio, * Domum itio, ſed Rhodiorum claſsi domum itionem dati.
Dormire totam noctem, * Pernoctare.
Dubitabilis, * Habens dubitationem.

E.

Ebrio, * Ebrium facio.
Eccleſia, * Ædes ſacra, templum.
E contra * Contra, è contrario ex contraria parte.
Eccho * Imago cum ſaxa, & ſolitudines voci reſpondent.
Effectivè, * Efficienter.
Effectivus, * Efficiens, habens naturam efficiendi.
Effectu * Re ipſa, & exitu.
Efficacia, * Efficacitas,
Efficacitèr, * Efficienter.
Efformo, * Exprimo, finao.
Egenus, & pauper * Egens, perpetuò dixit Cicer.
Eluctor, * Extrico, vinco.
Encomium, Laudatio.
Enervis, * Enervatus.
Ens, * Quod eſt natura.
Epiſcopus, * Pontifex.
Epiſtolium, * Litterulæ.
Equiſo, * Agitator equorum.
Eremita, * Solitarius homo, atque in agro vitam agens.
Eremus, * Solitudo, vel deſertum.
Eſſentia, * Natura, vis, vis, & natura, natura vniverſa, vis, & poteſtas, poteſtas.

Eva-

Evacuo, * Exhaurio, inanio, vacum facio, nudum, inanemque relinquo.
Evagino, * Educo, distringo.
Evitatio, * Declinatio.
Exactè, vel exactiùs aliquid dicere, vel facere, * Ac curatè, accuratius, subtiliter, limatè, exquisitè.
Exalto, * Effero, proveho, produeo, ad honorem defero, vel perduco, produco ad honores, illustro, effero ad honores, defero in cœlum, laudibus effero.
Excalefacio, * Calefacio.
Excellens, * Præstans.
Excesivè, * Prætermodum.
Excessus, * Superatus.
Excessus, * Exuperatio.
Excopio * Describo.
Excresco, * Cresco.
Excursus, * Excursio.
Excusabilis, * Habens excusationem, vel aliquid excusationis.
Execrabilis, * Execrandus, detestabilis.
Exercitium, * Opus, munus, functio, exercitatio, ludus, ars, studium, industria, agitatio.
Exero, * Ostento, declaro.
Exinanitus, * Enectus, effœtus.
Exonero, * Deonero.
Exoptabilis, * Optatus, expetendus.
Expensa, * Impensa, impendium.
Expergesio, * E somno suscitor, expergiscor.
Experio, * Experior.
Explorator, * Speculator.
Expositor, * Qui pecuniam suppeditat.
Extispicina, * Ars Extispicum.
Extraodinariè, * Extra ordinem.

F.

FAbrefacio, * Benefacio, pulcherrimè facio, optimè facio, scitèfacio, & venustè.
Fabulator, * Qui fabulas fingit.
Fabulosus, * Fictus, falsus.
Faciliter, * Facilè, nullo negotio.
Factivus, * Efficiens poëticos, id cuius opus est, in faciendo, & agendo.
Factor, * Effector, architector, protector, parens, genitor.
Facundus, * Copiosus ad dicendum.
Falsifico, * Adultero.
Famelicus, * Fame enectus.
Famesco, * Esurio.
Famigeratio, * Prædicatio, nobilitas.
Famigeratus, sive famosus, * Clarus nobilis, fama celeber, fama celebratur, qui est in magno nomine, & gloria, qui in orbe viget.
Famigero, * Fama celebro.
Fastus, * Spiritus regius.
Fatigo, * Defatigo, in labore me exerceo, laboribus me frango.
Favilla, * Scintilla.
Favorabilis, * Propitius, secundus.
Febrio, & febricito, * Febrem habeo.
Februa, * Denicales, feralia.
Felicito, * Felicitatem do.
Feracitas, * Vbertas.
Ferior, * Cesso.
Festo, * Celebro ferias habeo, diem festum ago.
Festum, * Dies festus, feriæ.
Feudatarius, * Fundus, vt populus fundus.
Fectitius, * Fictus, commentitius.
Fiditus nuncius, * Certus homo.
Fideicommissum, * Patrimonia spe benè tradendi relicta.
Fideiussor, * Sponsor, præs. Vide Fideiubeo.
Figlinus, * Fictilis.
Figmentum, G. Plasma, Cummentum, fabula.
Finalis, * Telicos.
Finuo, * Ementior.
Finem reperire, * Exitum evolvere.
Finio, * Conficio.
Finire librum, aut opus, * Absolvere, ad exitum adducere.
Finitio, * Terminatio.
Finitus, * Definitus, habens modum, perfectus, absolutus, confectus, profligatus, emeritus.
Fixe, * Acriter, acri animo, & attento.
Flecto, * Impello, deduco.
Fluvialis, * Fluviatilis.
Fluxus, * Fluxio.
Fœmininus, * Fœmineus, muliebris.
Fœto, * Malè oleo, puteo.
Fomes peccati, * Seminarium vitiorum.
Formidabilis, * Formidolosus, horribilis, terribilis.
Foro, * Fodio, perterebro.
Fortifico, * Munio.
Fraternitas, * Germanitas.
Fraudulenter, * Insidiosè.
Frigefacio, * Refrigero.
Frigefectivum, * Refrigerans, quod vim habet frigoris.
Frigesio * Refrigeror.
Fructifer, * Frugifer, fructuosus.
Fructifico, * Fructum edo, fero, fruges fundo.
Fruticesco, * Fruticor.
Fulminatus, * De cœlo ictus.
Fulmino, * Fulmen iacio, de cœlo targo, percutio, è cœlo iacio.
Fulminor, aris, * De cœlo tangor, iacior, percutior, tangor.
Funis, * Funiculus.
Furiatus, * Furens, furibundus.
Fusim, * Fusè.

G.

GArrulitas, * Inanis quędam profluentia loquendi.
Generatio, * Ortus, procreatio.
Genus generalissimum, * Genus vltimum, caput generis.
Gesta, * Res gestę.
Gesticulor, * Gestum ago.
Gestito, * Gero, gesto.
Glorifico, * Gloria afficio.
Gracilis, * Tenuis, strigosus, subtilis, exiguus.
Grandiusculus, * Grandior.
Gratitudo, * Gratia gratus animus, animus memor, memoria, & voluntas grata, grata animi benevolentia, pietas.
Gratum est mihi, * Gratum, iucundumque mihi accidit.
Gressibilis, * Gradiens.
Grosso modo, * Pingui Minerva.
Gulositas, * Vitium ventris, & gutturis.

H.

HAbet valorem, * Pondus habet.
Hæredito, * Hæreditas mihi ab aliquo venit.
Hæreditatem acceptare, * Adire hæreditatem.
Hebe, * Iuventus.
Hermafroditus, * Androgynus.
Hiatio, * Hiatus.
Historiographus, * Historicus.
Homagium, * Clientela.
Horoscopus, * Chaldæis in prædictione, & in notione cuiusque vitæ ex natali die minimè credendum est.
Hortulanus, * Olitor.
Hospitor, * Hospicio accipio, tecto, domo: domum, tecto, ac sedibus recipio.
Huc, illucque transire, * Vtrò citroque navigare.
Humiliatus, * Demissus.
Hypocrisis, * Simulatio virtutis, venditatio quædam, atque ostentatio.
Hypocrita, * Eruditus artificio simulationis.
Hypothetica, * Connexum.

I.

IEiuno, * Cibo me abstineo.
Ieiunium, * Inedia.
Ignaviter, * Ignavè.
Ignominiosè, * Per ignominiam.
Ignominiosus, * Contumeliosus, sordidus ad famam, cum ignominia coniunctus, maculosus.
Ignoranter, * Per ignorantiam, inscienter.
Illesus, * Incolumis, invulneratus, inviolatus.
Illectamentum, * Illecebre, incitamentum, invitamentum.
Illegitimus, * Nullum habens ius.
Ilyria, * Illyrium.
Imaginatio, * Cogitatio.
Imaginor, * Cogito, fingo, effingo formatum habeo, suspicor, cogitatione depingo, vel fingo, animo comprehendo, suspicione attingo, coniectura informo, speciem alicuius rei cogito, animo fingo, in notione animi repono, cogitatione, & mente complector, assequor, imprimo notionem in animo.
Immaculatus, * Inviolatus, incorruptus.
Immediatè, * Proximè.
Immediatus, * Proximus.
Immedicabilis, Insanabilis, desperatus.
Immeritus, * Meritus.
Immoriger, * Iniustus, non obediens.
Immoror, * Insisto, hæreo, in re longior sum.
Impatienter, * Intoleranter.
Imperfectè, * Precisè.
Imperterritus, * Fortis, magnanimus, animosus.
Impetuositas, * Impetus.
Impetuosus, * Violentus, vehemens, furens.
Impossibilis, * Adynatus: quod fieri non potest.
Impostus, * Planus.
Impremeditatus, * Imparatus.
Imprecatio, * Malum omnem, execratio, preces.
Imprecor, * Precor, execror, malè precor, alicui perniciem exopro, tristibus hominibus illum persequor.
Impropero, * Exprobro.
Improprius, * Acyros.
Impubis, * Impuber.
Imputo, * Abscribo, tribuo, assigno, attribuo.
In discrimene versari, * Caput salutem, fortunas alicuius agi.
In extremis esse, * Agere animam.
In prætio, aut æstimatione esse, * Aliquo in numero esse.
In libro receptorum scribere, * Referre in acceptum.
Inequalis, * Inequabilis.
Inanis gloria, * Falsa gloria.
Incantamentum, * Cantatio.
Incassum, * Frustra.
Incessanter, * Nullo temporis puncto intermisso.
Inclinatio, * Proclivitas, facilitas, propensio.
Inclinatus, * Proclivis, applicatur, propensus.
Incænis, * Incenatus.
Incogitabilis, * In cogitationem non cadens.
Incogitans, * Inconsideratus.
Incogitantia, * Inconsideratio.
Incommoditas, * Incommodum.
Incompositus, * Inconditus.
Incomprehensibilis, * Incomprehensus.
Inconsideratio, * Inconsiderantia, inconsulta ratio.
Incontinens, * Intemperans.
Inconveniens, * Incommodum, absurdum.
Incorporeus, * Expers corporis.
Incorrigibilis, * Insanabilis.
Incredulitas, * Diffidentia, scrupulus, dubitatio.
Incredulus, * Diffidens.
Inculpo, * In culpa pono.
Incurabilis, * Insanabilis, desperatus, curationē non recipiēs.
Indebitus, * Iniustus.
Indesinenter, * Nullo temporis puncto intermisso.
Indigestas, * Cruditas.
Indigestus, * Crudus.
Indigus, * Indigens.
Indispositus, * Crudus.
Indivisibilis, * Individuus.
Indomabilis, * Qui imperium recusat.
Indubitanter, non dubitanter, sine disputatione, pro certo.
Indubitatus, * Certissimus, exploratissimus; non habens dubitationem, perspicuus.
Indubius, * Certissimus.
Intercessor, * Deprecator.
Intercessio, * Deprecatio.
Industriosè, * Industriè.
Inebriò, * Vino, obruo, ebrium facio.
Ineloquens, * Infans.
Inemendabilis, * Insanabilis.
Inauditus, * Incredibilis.
Inexcusabilis, * Nihil habens excusationes.
Inexpertus, * Inexercitatus, nullo vsu.
Infallenter, * pro certo, vero.
Infamatus, * Infamis.
Infatigabilis, * Acer.
Infœlicito, * Miserum habeo.
Inferioritas, * Inferior ordo.
Infesto, * Infestum reddo, infestus sum.
Infinitivus, * Vt diffinitivus.
Infirmitas, * Ægra, infirma, incommoda valetudo.
Infirmiter, * Infirmè.
Inflativus, * Habens inflationem.
Influxus, * Tactus lunę, demissa, è cœlo vis.
Infortunium, * Adversa, vel incommoda fortuna, acerbitas. Qui propter fortunā, non propter malitiā in miserijs sunt.
Infra scribo, * Suppono, subscribo.
Infumibulum, * Vaporarium.
Ingeniculor, * Ad pedes iaceo.
Ingluvies, * Insaturabile abdomen.
Ingratitudo, * Ingratus animus.
Ingruo, * Ineo.
Iugurgitatio, * Crapula, ebrietas.
Inobedientia )(. Obedientia.
Iniurior, injuriam alicui infero, vel facio, male, mereo, iniuriam infero, importo.
Inobediens, * Non obediens.
Inopinus, * Nec opinans.
Ignorans, * Inscius.
Inopinatè, * Nec opinatò.
Inopinus, * Inopinatus.
Inordinatè, * Immoderatè.
Inordinatio, * Confusio.
Inquantum, * Qua, quatenus, ob id ipsum, quia in eo, in quo.
Insensatus, * Stupidus, insipidus, communi naturæ sensu carens, stipes, Æthiops, sine sensu, sine sapore, elinguis, tardus.
Insensibilitas, * Stupiditas, stupor.
Insensibiliter, * Sensim, & sine sensu.
Insensitivus, * Sensum non habens.
Insido, * Insideo.
Insolutè, * Insolentèr.
Insolubilis, * Inexplicabilis.
Instabilis, * Lubricus, varius, commutabilis, volubilis.
Instabilitas, * Volubilitas.
Instans, * Ad punctum temporis, id est, vt aiunt, instanti.
Instare, * Vel dare instantiam, resistere, occurrere.
Institor, * Propola, qui mercatur à mercatoribus, quod statim vendat.
Insufficienter, * Exiguè.
Intantum, * Vsque eò.
Intellectus, * Intelligentia, mens, ratio, mens simplex, id est, intellectus agens, qui dicitur.
Intelligibilis, * Quod in nostram intelligentiam cadit, sub intelligentiam cadens; quod ratione, sapientia-

tiaque comprehenditur; quod intelligentia, & ratione comprehenditur.
Intentio, * Scopus, propositum.
Intercedo, * Deprecor.
Interfectio, * Occisio, cædes.
Interlocutores, * Eclogarij, nomina eorum, qui in dialogis loquentes inducuntur.
Internus, * Interior.
Interpretamentum, * Interpretatio.
Interstitium, * Intervallum.
Intertexto, * Intexo.
Intitulo, * Inscribo.
Intricatus, * Nec caput, nec pedes.
Intrinsecus, * Interior, intestinus.
Invalidus, * Irritus, nullus.
Inverecundia, * Impudentia.
Inviolabilis, * Sanctus, sacrosanctus.
Inviolandus, * Inviolatus, sacer, sacrosanctus.
Invisibilis, * Quod fugit aciem, obtutum, sensum oculorum & omnem.
Invisito, * Viso.
Inundatio, * Proluvium.
Ioco, * Iocor.
Iracundia incanduit. * Exarsit ira.
Iratè, * Iracundè, cum ira, per iram.
Iris, * Arcus species.
Irrationabiliter, * Malè.
Irrationabilis, * Rationis expers, mente ac ratione vacuus.
Irreconciliabilis, * Inexpiabilis.
Irreligiosus, * A religione remotus, nihil habens religionis, impius.
Irremissibilis, * Inexpiabilis.
Irrequietus, * Solicitus, laboriosus, exercitus.
Irritamentum, * Invitamentum, illecebra.
Irrito, * Irritum facio.
Itineror, * Iter facio, ambulo.
Iucundor, * Iucunditas mihi est, in voluptate sum.
Iudicator, * Existimator, iudex.
Iuramentum, * Iusiurandum, affirmatio religiosa.
Iurans, * Iuratus.
Iurare se non debere, * Abiurare creditum, & pecuniam.
Iurista, * Iurisconsultus, Iurisperitus, Leguleius.

L.

Labilis, * Debilis, infirmus.
Labium, * Labrum.
Laboratus, * Magnificis operibus, & plenum artis opus.
Lacessitio, * Concertatio, certamen, contentio.
Lacteo, * Lactens.
Læsus est à tergo, vel antè, * Aversum vulnus, vel adversum accepit.
Lanio, * Lanius.
Laniatio, * Laniatus.
Laniena, * Cœdes.
Lapido, * Lapidibus cædo, lapidationem facio, lapidibus oppeto, percutio, obruo.
Lapillus, * Calculus.
Lascivio, * Exulto.
Lasso, * Languefacio.
Lassus, * Defatigatus, languens, languidus.
Latet me, * Fugit me, ignoro, &c.
Lavacrum, * Lavatio.
Laudabiliter, * Cum laude.
Laureo, * Laureatus.
Legenda, * Vita.
Lenimentum. * Levamentum.
Lento, * Laxo.
Lepidulus, * Lepusculus.
Lethalis, * Funestus, mortifer.
Levativus, * Habens levationem doloris.
Liberum arbitrium, * Libera voluntas.
Liberum esse alicui, * Integrum est facere, aut non facere.
Libraria, * Bibliotheca, taberna libraria.
Licitè, * Bonis, & honestis rationibus.
Licitor, * Liceor, auctionor.
Ligatus, * Constrictus, vinctus, alligatus.) (solutus.
Lignamen, * Materia.
Ligonizo. * Pastino, fodio.
Linealiter, * Ad lineam.
Lineus, * Linteus.
Liquiditas, * Liquor.
Litigatio, * Concertatio.
Litigium, * Rixa.
Locumtenens, * Legatus, Præfectus, Vicarius.
Logica, * Logicè.
Lucifuga, * Lucifugus.
Lucrosus, * Quæstuosus.
Luctificus, * Luctum afferens.
Lupanar, * Lustrum.
Lurco, * Helluo, gurges, nepos, ganeo.
Luridus, * Squalidus.
Lusciosus, * Luscitiosus, qui oculos hebetiores habet.
Lusor, * Aleator, collusor.
Lusorius, * Aleatorius.
Lusus, * Lusio.
Lutina, * Fides, ium.
Lutosus, * Luteus, lutulentus.
Luxus, * Luxuria, luxuries, diffluere luxuria, delicatè ad molliter vivere.
Lucernarius, * Lychnucus.

M.

Macero, * Conficio.
Macilentus, * Macie preditus.
Macor, * Macies.
Macresco, * Extabesco.
Macrologia, * Longanimis oratio.
Macrobrius, * Longævus.
Maculatura, * Litura.
Madefacio, * Perfundo, respergo, imbuo.
Magnanimiter, * Magno animo.
Magnificens, * Magnificus.
Malam famam habet, * Infamia laborat, & flagrat.
Maledicens, * Maledicus.
Maledicentia, Procacitas linguæ, procacitas, morbus procacitatis, petulantia.
Malefactor, * Malemeritus.
Malevolens, * Malevolus.
Malevolo, male odi, * Malum volo alicui.
Malignus, * Qui pravo animo est.
Manifesto, * Apertum, & manifestum facio, in medium profero, palam facio, profero, planum facio, aperio, enuncio, edo, divulgo, apertum ante omnium oculos pono, patefacio, profero, in vulgus iudico, foras offero, & in conspectu pono, in luce colloco.
Marceo, * Langueo, languesco.
Marcesco, * Putresco.
Marcidus, * Putridus.
Marito, * Colloco, in matrimonium colloco, loco nuptijs.
Masculinus, * Virilis.
Mastico, * Mando, conficio.
Mechanicus, * Sordidus, illiberalis.
Mediacor, * Arbiter, arbiter honorarius, sequester, deprecator.
Medicor, * Medeor, medicinam affero, adhibeo, curo.
Medimnus, * Medimnum.
Mediatè, * Cogitatè, meditatus.
Melioro, * Melius facio.
Melioresco, * Melior fio.
Memoriale, * Commentarium.
Memoriter aliquid discere, * Ediscere.
Menda, * Mendum.
Mensor, seu mensurator, * Metator, decempedator.

Mensuro, * Metior.
Merda, * Cibi reliquię, quas natura respuit.
Meretricor, * Palam me in meretricia vita colloco.
Meridio, vel meridior, * Meridianum somnum capio.
Metaphora, * Translatio.
Methodus, * Ratio, & via.
Microbius, * Contentus vitę angustijs.
Minera, * Vena.
Minimi facio, * In minimis pono.
Minutim, * Minutatim, exiguè, exiliter.
Miraculosè, * Mirabiliter.
Miraculosus, * Portentosus.
Miraculum, * Miracula, mirabile, prodigio simile, ostentum prodigium.
Misanthropos, * Hominum aspectum, lucemque vitans.
Missa, * Res divina.
Mœchor, * Adulteror.
Molesto, * Solicitum habeo, male habeo, solicito, exerceo, vexo, molestum facio, molestiam affero.
Mollifico, * Mollio.
Monarchia, * Regale civitatis genus cum dominatu vnius omnia tenentur.
Moriger, * Obediens.
Mucus, * Humor.
Multifarius, * Varius, diversus, multiplex.
Multoties, * Sepè.
Multum considera, * Etiam atque etiam vide.
Mutator, * Faber.
Mutatio temporum, * Rerum inclinatio, rerum vicissitudo,
Mutio, * Hisco.
Mutuaticius, * Alienus, aliundè assumptus, aliundè petitus.
Mutuitas, * Mutuum.
Mutuo, * Mutuum do, commodo.

N.

NArbona, * Narbo.
Natarus, * Natavio.
Nativitas, * Ortus, dies natalis.
Nauci facio, * Nauci habeo.
Naviarcha, * Navarchus.
Naumachia, * Bellum, vel prælium navale.
Necessito, * Necessitatem affero.
Negativus, * Negans.
Neotericus, * Recens.
Nequitiosus, * Nequam.
Neutralis, * Medius, indifferens.
Nigredo, * Nigror.
Nitiditas, * Nitor.
Nivosus, * Nivalis.
Nocentia, * Crimen.
Nocuus, * Infestus, pernitiosus.
Nolo me immiscere huic negotio, * Interponere me nolim.
Nomenclatura, * Nomenclatio.
Nominatim nominare, * Compellare, & appellare.
Nominativus, * Rectus casus.
Notandus, * Attendendus, notatione dignus.
Notarius, * Scriba, librarius.
Nothus, * Spurius.
Notomia, * Anatome.
Noviter, * Nuper.
Nova, * Nuntij.
Novendecim, * Vnde viginti.
Novum morem incipere, aut facere, * Inducere novum (morem.
Nubilosus, * Nebulosus.
Nullibi, * Nusquam, nullo loco.
Nuntium, * Nuncius.
Nuncupatio, * Prosphonesis.
Nutricius, * Educator.

O.

OBæratus, * Æratus miles.
Obiectio, * Quæ contradicuntur, contraria refutanda adversariorum argumenta, contraria, adversaria.
Obiectum, * Res obiecta sensibus, quòd sensu percipitur.
Oblatio, * Liberalitas.
Obliteratus, * In litura.
Obsidium, * Obsidio.
Obstinatè, * Præfractè, pertinaciter, cum pertinacia.
Obstupefactio, * Obstupefactus.
Obtenebro, * Obscuro, tenebras, noctem offundo, perstringo.
Obvia, * Obviam, itio, occursatio.
Obvio, * Occurro, obvius sum, alicui me obviam fero.
Occidentalis, * Occidens.
Occidere quem cupiens, * Vitam alicuius appetere.
Octodecim, * Duodeviginti.
Odoramentum, * Odores, odoratio.
Odoramentarius, * Vngentarius.
Olfatus, * Odoratus.
Omnifariam, * In omnes partes aliquem fallere.
Omnifarius, * Cuiusque modi.
Omnimodè, * Omni ratione, omnibus modis.
Omnimodus, * Cuiusque modi.
Onerare se cibo, aut potu, * Ingurgitare se nimio cibo, aut potu.
Opacitas, * Locus opacus.
Ophtalmia, * Morbus oculorum.
Opificium, * Opus.
Opprobro, * Probrum infero.
Oratoria, Rhetorica ratio, doctrina dicendi, studium eloquentiæ, oratoria dicendi vis, studium, virtus dicendi, facultas, exercitatio dicendi, benedicendi scientia, via, & facultas dicendi.
Ordinare, * Constituere.
Ordinarius, * Legitimus.
Ordinatus, * Habens ordinem.
Ordine, * Ex ordine.
Orientalis, * Oriens.
Originale peccatum, * Nativum malum, vitiositas.
Ostentor, * Gloriosus, vanus.

P.

PAcificè, * Cum pace.
Pallesco, * Palleo, exalbesco.
Palliditas, * Pallor.
Pallidus, * Decolor, exsanguis, sine colore.
Pannus, * Vestis, vestitus.
Papyrus, * Charta.
Paradisus, * Cœlum, hortus, hortulus, certus in cœlo, ac definitus locus, vbi beati ævo sempiterno fruantur; piorum sedes, & locus.
Paralogismus, * Captio.
Parcitas, * Parsimonia.
Paroxismus, * Commotiuncula, tentatio.
Particularis, * In parte, præcipuus, singularis.
Particulariter, * Præcipuè.
Parvifacio, * In parvis, vel minimis pono, nullo loco habeo, pro nihilo habeo puto.
Pascuum, * Pascua, pastus pecudum.
Passio, * Perturbatio, affectio animi dolor.
Passivus, * Pateticos, patibilis.
Pastido, * Fodio.
Patrocinor, * Adsum pro aliquo, causis præstosum.
Pavefacio, * Pavorem affero, metum incutio.
Pavefactus, * Exterritus.
Pavidus, * Pavens.
Pauperies, * Paupertas.
Pausa, * Respiratio.
Peculor, * Depeculor, peculatum facio.
Pecuniam corradere, * Conticere pecuniam, redigere pecuniam ex re aliqua.
Pensionarius, * Vectigalis.
Per accidens, * Temerè, casu fortuito.
Peremptorius, * A Prætore dies dictus.
Periuro, * Peiero.
Perpendiculariter, * Ad perpendiculum, ad lineam, rectis lineis, ad partes angulos.

Pestiferus, * Pestifer, perniciosus.
Pertingo, * Pertineo.
Pertransco, * Permeo.
Pertundo, * Obtero, propterea, concludo.
Petere debitum, * Admonere debitorem.
Phantasticus, * Opiniosus.
Philosophaster, * Minutus Philosophus, plebeius Philosophus, vel minorum gentium.
Phlebotomo, * Sanguinem mitto.
Phlegma, * Pituita.
Phlegmaticus, * Pituitosus.
Phrasis, * Verba coniuncta.
Physiognomia, * Physiognomon.
Physiognomus, * Physionomon.
Pignero, * Oppignero.
Pilo, * Pila ludo.
Piscatio, * Piscatus.
Planctus * Plangor.
Planeta, * Astrum, vel stella errans, stella vaga, sidus errans stellæ, quæ falso errantes vocantur.
Planitudo * Æquor, Planicies.
Plantarium, * Planta, seminarium.
Planto, * Sero arbores, semino stirpes, facio olivetum, instituo vineam.
Pleuresis, * Pleuritis, lateris dolor.
Plico, * Complico.
Plurimus, * Plurimum.
Podager, * Podragicus, arthriticus.
Ponderositas, * Gravitas pondus.
Populosus, * Frequens.
Portarius, * Ianitor.
Possibilis, * Dynatos, Quod in nostram potestatem cadit, quod fieri potest.
Possibilitas, * Facultas, vires, vis.
Potentia, * Facultas greci dynamin dicunt.
Potator, * Vinitor.
Potentia, * Esse posse.
Practica, * Vsus, experientia, assiduus vsus, vni rei deditus.
Practicus, * Experiens, vsuperitus, agitatus, exercitatus, magnum vsum habens; rerum varietate, atque vsu ipso perdoctus.
Præcedo, * Præcurro, antegredior.
Prędestino, * Destino.
Prædicamenta, * Summa rerum genera.
Præfatus, * Dictus, de quo dixi.
Præfiguro, * Denoto exprimo.
Præfoco, * Suffoco.
Prelatus, * Antistes.
Pręmio, * Præmijs afficio, pręmium do; prèmium tribuo, præmijs dono.
Præodoror, * Odoror.
Præsagium, * Præsagitio, præsensio.
Præsentaneus, * Præsens.
Præsumo, * Hoc mihi sumo.
Prętextum, * Hypothesis.
Prętextus, * Nomen, simulatio, species, per causam, per beneficium.
Pręvaleo, * Præsto.
Prave, * Perperam.
Prepon, G. Lat. Decorum.
Primatus, * Principatus.
Privativus, * Privans.
Privilegiatus, * Privilegio affectus.
Privus, * Orbus, inops, nudus, cassus, vacans.
Probiter, * Probè.
Proceriter, * Procerius.
Procliviter, * Proclivius.
Proculco, * Conculco, protero.
Proculdubio, * Sine dubio.
Prodigalitas, * Effusio, perfusio.
Prodigaliter, * Prodige.
Prodigo, * Effundo, profundo, consumo, dissipo, dilapido, exhaurio, minuo, iacturam patrimonij facio, rem familiarem dilabi sino.
Producere fructus, * Efferre fructus, & id genus.
Profectus, * Magnus progressus in aliqua scientia.
Professor, * Magister, alicuius artis Doctor.
Profunditas, * Crassitudo.
Progenero, * Progigno.
Prolongo, * Traho, differo, profero, provideo, prorogo, diem profero, tempus dirimo.
Promano, * Permano.
Promptitudo, * Alacritas.
Propalo, * In medium profero, divulgo, palam profero, reijcio.
Propatulus, * Promptus.
Properanter, * Festinanter, properans.
Propere, * Festinanter.
Properus, * Prosperus.
Prophasis, * Lat. Pretextus.
Proponere quęstionem, * Ponere quæstionem.
Proportionaliter, * Prorata portione.
Prorsum, * Prorsus.
Prosa, * Soluta oratio, verba soluta, oratio, nuda oratio, soluta modis oratio.
Prospicienter, * Prudenter, prudentissimè.
Prostituo, * Corpus palam ad omnes libidines divulgo, & vulgo: palam in meretricia vita me colloco, omnibus me colloco, omnibus me vulgo, pervulgo.
Protector, * Patronus, parens, ac Deus Vitæ, fortunę memoriæ, nominis.
Protervè, * Petulanter.
Protervia, * Protervitas.
Protestor, * Denuncio, testor, contestor.
Protocollum, * Authoritates.
Proventus, * Fructus.
Proximior, * Anterior, vicinus, citerior, proprior, iunctior.
Puellaris, * Virginalis.
Pullatus, * Attratus.
Pulmentarium, * Pulmentum.
Pulpitum, * Suggestum, pons.
Punctvs, * Punctum, momentum.
Punitus, * Multactus.
Purgamentum, * Sordes.
Puritas, * Proprietas, munditia, elegantia.
Puriter, * Purè.
Pusillanimitas, * Timiditas, animus pusillus, angustus animus, & demissus, imbecillitas, infirmitas, egestas animi, angustię pectoris.
Pusillanimiter, * Timidè, timido animo, humili, demisso, fracto.
Pusillanimus, * Timidus, qui parvo animo est, animum parvum habens, vel nihili, & parvi animi homo, mentis angustæ, & humilis, ieiuno, & angusto animo, minutus, & angustus animus.

## Q.

Qua conscientia hoc facis? * Qua mente?
Quadrum, * Quadratum.
Qualisqualis, * Cuiusque modi, cuiusmodicumque, qualiscumque.
Qualitercumque, * Perinde, vtcumque.
Quantitas continua, & discreta, * Quantitas continuata, & seiuncta.
Quantitas, * Numerus, vis.
Quidditas, * Lat. Essentia, & vis.

## R.

Rapinor, * Rapio.
Ratifico, * Ratum facio, ratum habeo.
Rationabiliter, * Probabiliter, certa ratione.

Raucesco, * Raucus fio.
Raucitas, * Vox obtusa.
Rebellio, * Defectio, alienatio, perduellio.
Rebellis, * Qui ab aliquo deficit, perduellis.
Rebello, * Ab aliquo deficio, desisco, retrahor.
Receptor, * Receptator, coactor.
Recommendo, * Commendo.
Recompenso, * Compenso.
Redargutio, * Refutatio, reprehensio.
Redditus, * Fructus, vectigal, quod ex tuis possessionibus reficitur.
Reduplico, * Conduplico.
Refocillo, * Reficio, recreo.
Regaliter, * Regifice.
Regimen, * Consecutio.
Registro, * In publicas tabulas refero, in libellum refero.
Registrum, * Commentarium: Commentarios veteres dixerunt: tabulæ, litteræ publicæ.
Reiuvenesco, * Renascor, revivisco, repuerasco.
Reijci, in Magistratus petitione, * Repulsam ferre.
Relativa, * Quæ sub eandem rationem cadunt, quæ cum aliquo conferuntur.
Relativè, * Comparatè.
Relaxus, * Laxus.
Remedium quærere, * Facere alicui medicinã, & adhibere.
Remordeo, * Morderi est melius conscientia.
Ren, * Renes.
Renego, * Nego, denego.
Repudium, * Repudiatio.
Repulsio, * Repulsa.
Respectivè, * Comparatè.
Respectus, * Ad privatum dolorem, ad rationem, Reip.
Resplendeo, * Reluceo.
Restagno, * Redundo.
Restauro, * Resarcio, restituo, instauro.
Resurgere à mortuis, * Excitari ab inferis, reviviscere.
Resumo, * Colligo, recreo, recipio me.
Resurgo, * Surgo, excitor ab inferis.
Resuscito, * Recreo, exito, ab inferis revoco, ab Acheronte excito vitam restituo, à mortuis excito, reducem ab inferis sisto.
Revalesco, * Convalesco.
Revelo, * Enuncio, iudico, profero, aperio, illustro, patefacio.
Revolutio, * Replicatio, circulus, orbis, rotundus ambitus, conversio.
Ridicularis, * Iocularis, ridiculus.
Ringor, * Subringor.
Risibilis, * Qui habet naturam vt ridere posit.
Rixosus, * Concitus ad rixam.
Robustè, * Nervosè.
Robustas, * Gladiatoria corporis firmitas.
Rotunda chorea, * Salutatorius orbis.
Rubedo, * Rubor.
Ruditas, * Infirmitas ingenij, stupiditas, stupor.
Ruricula, * Agricola.

S.

SAcristia, * Sacrarium.
Sæculis retrosioribus, * Multis retro sæculis.
Sævio, * Sevitiam exerceo, crudelitatem, in aliquem adhibere.
Sagittator, * Sagitarius.
Salarium, * Merces, præmium.
Salvator, * Soter, servator, conservator.
Salvificus, * Salutaris, salubris.
Salutifer, * Salutaris.
Salvusconductus, * Fides publica.
Sanè, * Salubriter.
Sanguisuga, * Hirudo.
Sapidus, * Conditus.
Satatius * Saturatus, sacietate defessus.
Satum, * Seges.
Scabinus, * Iudex.
Scabo, * Perfrico.
Scabrositas, * Spinæ, disserendi asperitas.
Scalpo, * Perfrico.
Scibilis, * Quod scientia continetur.
Scintillo, * Igniculos iacio.
Scire propter quid, * Scire rem ex causa.
Scire quia est, * Scire rem ex effectu.
Scrupulosè agere, * Nimis exiguæ, & exiliter, ad calculos revocare.
Scrupulosus, * Iustus, sanctus, rectus.
Sculpo, * Incido.
Sculptor, * Fictor.
Scurrilitas, * Obscœnitas, scurrilis iocus.
Secessus, * Recessus, locus remotus, solitudo, latebra, longè procul ab oculis populi.
Secretè, * Secreto.
Sectatio, * Affectatio.
Sectatrix, * Consectatrix.
Secundo, * Secundo loco.
Secundum amicitiam nostram, * Pro nostra familiaritate.
Secundum virtutem, * Ex virtute.
Secundum quid, * Quadam ex parte.
Securatio, * Cautio.
Securor, * Caveo ab aliquo.
Secure, * Sine cura.
Semel adhuc, * Iterum.
Senatui aliquid proponere, * Referre qui ad Senatum, de re aliqua.
Sensatus, * Senties.
Sensibilis, * Habens sensum,
Separatio, * Divortium, dissidium.
Septentrionalis, * Aquilonaris, sub axe positus, ad septem stellas, aliter aquilonaris.
Sequax, * Qui sequitur.
Sequi, vel tenere alicuius sententiã, * Stare iudicio alicuius.
Serio, * Graviter, affirmatè.
Seriosus, * Serius.
Serva, * Ancilla, famula.
Sigillo, * Signo, obsigno, consigno.
Significativum, * Vis, notio, sententia, potestas, significatio
Signio, * Signo, insignio.
Simul natura, * Simul naturæ ordine.
Singillatim, * Singulatim, sigillatim.
Situatus, * Situs.
Sobrius, * Siccus.
Solamen, * Solatium.
Solemnizo, * Ago diem festum, ago diem natalem, quotannis.
Solummodo, * Dumtaxat, tantummodò, solum.
Somnolentia, * Sopor, languor.
Somnolentus, * Somno plenus, somniculosus, gravibus oculis.
Sonoritas, * Canorum.
Sonorus, * Canorus.
Sopio, * Consopio.
Sparsim, * Fusè.
Specialissima, * Species vltima, extrema species, seu forma.
Specialis, * Præcipuus, vltimus, extremus.
Speciatim, * Nominatim, sigillatim.
Species, * Forma.
Sperma, * Semen.
Spira, * Sed est quasi rudentis explicatio.
Spissitudo, * Frequentia.
Spontaneus, * Voluntarius.
Spuo, * Conspuo.
Spurcitia, * Lues.
Sputo, * Consputo.
Stadiodromus, * Qui stadium currit.

Statuarius, * Fictor, qui signa fabricat.
Sternutatio, * Sternutamentum.
Stipendior, * Conduco.
Stuba, * Hypocaustum.
Subaltero, * Subiungo: vt, omnes artes Oratori subiungere, vel subijcere.
Subcontrariæ præpositiones, * Adversis contrariæ.
Subditus, * alicui subiectus, vectigalis, stipendiarius cliens.
Subhasto, * Præconi subjicio.
Subitaneè, * Subito.
Subitaneus, * Subitus.
Subiugario, * Qui in dominatu alicuius est subiectus.
Subiugo, * Subigo, bello, domo, iugum servile impono.
Subiugus, * Abiectus.
Sublimitas, * Excelsitas.
Sublimiter, * Sublimè.
Submonitor, * Hebpodidasculus.
Substantia, * Natura, opes.
Substitutus, * Vicarius.
Succesivè, * Sensim, pedetentim.
Sufficiens, * Contentus.
Sufficienter, * Satis commodè.
Sufficientis, * Quod satis est.
Sugillo, * Existimationem imminuo, violo famam, lædo, de fama detraho.
Summaria, * Capita.
Sumptum, * Sumptio.
Superabundo, * Supero, superfluo, affluo, abundo.
Superbio, * Semel dictum à Cicer. 4. Act. 50. Efferor, animos effero, extollor, insolesco, spiritus assumo.
Superciliosus, * Qui vultui importuno est.
Superficies, * Extremitas, libramentum.
Superfluitas, * Redundantia.
Superfluus * Supervacaneus, supervacuus, redundans, quod supersit.
Superimpleo, * Cumulo.
Superioritas, * Excellentia, præstantia.
Superscriptio, * Inscriptio.
Supervivo, * Supersum.
Supponere, * Ponere.
Suspiratio, * Suspirium.
Sustentaculum, * Fundamentum, basis.
Syllogizo, * Ratiocinor.
Syllogysmus, * Ratiocinatio, ratio, argumenti, conclusio, initio quæ ex rebus perceptis ad id, quod percipiebatur, adducit.
Symbollum, collecta, Topic. 35. Arist. Symbolon apellat, quod est Latinæ Nota.
Syngraphum, * Syngrapha.

## T.

TAbularius, vel tabellarius, * Custos tabularum, & tanquam quæstor.
Tantillum, * Ne punctam quidem temporis, minima mora.
Tangibilis, * Tractabilis, res quæ sub tactum cadit.
Tardatio, * Tarditas, procrastinatio, mora, commoratio.
Taxo, * Æstimo.
Techna, * Dolus, fraus.
Tegmentum, * Tegmen, tegumentum.
Temo, * Clavus gubernaculum.
Temperatura, * Temperamentum, temperatio.
Tempestuosus, * Turbulentus.
Tenaciter, * Pertinaciter.
Tenebrosus, * Tenebricosus, cæcus.
Testamentum, * Tentatio.
Tepiditas, * Tepor.
Terrefacio, * Terrorem affero.
Terreus, * Terrenus.
Terriculum, * Terrificus.
Testatio, * Testificatio.
Textus, * Scriptum.
Theoricè, * Cognitio, contemplatioque naturæ: tractare, contemplarique res cognitione dignissimas.
Thesaurizo, * Pecuniam condo.
Tinctor, * Infector.
Titulus, * Inscriptio.
Tolerans, * Perferens.
Tonstrix, * Tonstricula.
Tonus, * Sonus.
Tormento, * Excrucio.
Tornator, * L. Mensor.
Tortura, * Tormentum.
Totalis, * Totus.
Toxicum, * Venenum.
Tractatus, * Tractatio, opus, liber, lucubratio.
Tractim, * Lentè.
Transactio, * Decisio.
Transfiguro * Muto, commuto, converto.
Transformor, * Convertor, forma aliqua induor, converto.
Transmutatio, * Vicissitudo.
Transnato, * Trano, transno.
Terminus, * Vocabulum, aut verbum.
Transcribere. * Describere.
Transmuto, * Converto, transfero.
Trecenti, * Tercenti.
Tredecim, * Decem & tres, tres & decem.
Trepidus, * Tremens, Horrens.
Triginta octo, * Duodequadraginta.
Triuncium, * Teruncius.
Tropicus, * Solstitialis, orbis brumalis orbis revocatio.
Typographus, * Librarius.
Tyrannicida, * Vindex, & oppressor iniuste dominationis.
Tyrannoctonus, qui tyrannum necavit.

## V.

VAcantia, * Vacatio.
Vacuo, * Exhaurio, vacuum facio, nudum, in aneque relinquo.
Vacuum, * Inanitas, inanè.
Vagabundus, * Vagus, qui sedem stabilem, & domicilium certum non habet.
Valedico, * Iubeo valere.
Valenter, * Fortiter, viriliter.
Valor, * Pretium, æstimatio, authoritas, momentum virtus.
Vanè, * Inanitèr.
Vappa, * Vinum fugiens.
Vaticinium, * Vaticinatio.
Vbertim, * Vberius.
Vecordia, * Stupor cordis.
Vegetativum, * Quod viget, quod vivit.
Vehementia, * Acrimonia.
Velox, * Concitatus, volucer.
Venenosus, * Venenans.
Venerosus, * Venereus.
Ventositas, * Quod habet inflationem magnam.
Verifico, * Probo.
Veriloquus, * Veridicus.
Versificor, * Condo poëma, pango, facio, conficio versus, & cano.
Vices, * Partes.
Victualia * Commeatus.
Visibilis, * Aspectabilis.
Vituperium, * Opprobrium, vituperatio.
Vivacitas, * Viriditas.

Vivifico, * Vitam do.
Vlcero, * Exulcero.
Vlteriùs, * Longiùs.
Vltimatè, * Proximè.
Vltroneus, * Voluntarius, lectus ipse à se.
Vnanimis, vel vnanimus, * Concors, consentiens: vna mente congruentes, consentientes, vna voce, vna mente consentientes, vna atque constanti voce, vna voce ac mente: voluntatum, studiorum, & sententiarum summa consensio: omnes vno ore consentientes, omnes ad vnum idem sentientes, hominum consentiens authoritas.
Vnanimitas, * Consentiens voluntas, vnus consensus omnium.
Vnanimiter, * Vna mente, vno ore, omnes vno animo, atque vna voce & consensu.
Vncinus, * Vncus.
Vncus, * Vncinatus.
Vndecumque, * Ex omni parte, vndique.
Vniformis, * Hujusmodi sui similis, ejusdem naturè, constans, perpetuus.
Vnigenitus, * Vnigena, vnicus.
Vnio, * Concordia.
Vnio, nis, * In vnum conduco, congrego.
Vniversaliter, * Generaliter, generatim, vniversè, omninò.
Voluptuosus, * Voluptuarius, iucundus.
Vomitus, * Vomitio.
Voracitas, * Abdomen, edacitas.
Vulgariter, * Populariter, plebeio sermone.

Z

Zelus, * Æmulatio.
Zephyrus, * Favonius.



DIC-

# DICTIONARIUM PROPRIORUM NOMINUM

EX PROBATISSIMIS GRÆCÆ, ET LATINÆ LINGUÆ, AUCTORIBUS CONCINNATUM, ATQUE DILIGENTIUS, ET ACCURATIUS, quàm antehac, emendatum & auctum Ælio Antonio Nebrissensi, Grammatico, Chronographo, Regio, Auctore.

CUI AD VOCUM AUGMENTUM IN HAC omnium postrema editione (præter dictiones studio, atque industria Ioannis Lopez Serrani Malacitani additas) innumeræ aliæ, quæ ab ipso Antonio, si viveret, erant excudendæ, hac nota §. præposita adijciuntur, per Magistrum D. Guilielmum Ocahasa Presbyterum, Civem patricium, & Vicarium perpetuum Clonmeliensem in Hibernia, S. R. E. Notarium, & ex antiquiori D. Hieronymi apud Complutenses Theologorum Collegio Ecclesiæ Parochialis Oppidi de Ornos, Rectorem.

ADIECTÆ SUNT, UT IN ALBIS, ad calcem Recentiores, ac vulgares locorum propriæ appellationes, Alphabetica serie vice versa digestæ.

# DICTIONARIUM LATINUM, HISTORICUM, AC POETICUM, omnia Gentium, Regionum, Vrbium, Oppidorum, Fontium, Montium, Equorum, Fluviorum, Lacuum, Promontoriorum, Portuum, Sinuum, Insularum, Marium, Virorum, Mulierum, Deorum, Stagnorum, Ventorum, Syderum, Sylvarum, Solitudinum, Populorum, Vicorum, Speluncarum, Emporiorum.

*Antiqua, recentioraque ad ſacras, & prophanas Hiſtorias, Poëtarumque fabulas intelligendas neceſſaria nomina complectens.*

### A. ANTE A.

A A, amnis in Gallia Belgica.
Aalac, mons eſt in Syria.
§. Aaraſſus, civitas Piſidiæ.
Aaron filius Amram, Moyſis frater, Hebræorum primus Pontifex conſecratus.
Aaron, Sarracenorum Amirrhas.
Aaron, Perſarum Rex.
Aasbai, filius Machati, 2.Reg.23. 34.
Aaſtor, filius Aſſur ex Naara, interp. Curſor veredarius feſtinatio, currens, aut feſtinatio exploratoris, ſeu frater qui explorat, 31. cap.4.

### A. ANTE B.

Aba, Xenophanis filia.
§. Aba, civitas Phocidis, Strab. lib.20.
Aba, Vngarorum Rex Auſtriam, & Bavariam depopulatus eſt, Leonis Pontificis temporibus.
Aba, ſeu Abas, mons Armeniæ, vnde oritur Euphrates.
Ababa, Maximini Imperatoris mater.
Ababus Samariæ Rex inſolentiſsimus.
Abacæna, civitas in Sicilia, Ptol.
Abacæna, civitas Medorum, Ptol.
Abacænum, vrbs Siciliæ, Steph.
Abacus, Cævòlæ Regionis, apud Indos Metropolis, quæ *Granata*, Vulg. vocatur.
Abæ, arum, opp. Phocidis, Strab.
§. Abæi, populi vrbis Phocidis.
Abæa, opp. in ſinu Meſſeniaco.
Abadit, lapis eſt teſte Priſc. à Saturno pro Iovæ devoratus.
Abæatæ, populi ſunt Arcadiæ in Meſſeniaco.
§. Abæra, vrbs in Arabia deſerta.
Abaga, Tartatorum Rex, & Armeniæ: Hieroſolymam recuperavit, Sabel.
Abagatus, Perſarum, Rex, Hunc ſubegit Severus Imperator.
Abagarus, Edeſſevorum Princeps, morbo incurabili detentus, ad Christum ſcripſit, ſanitatis per eum recuperandæ cauſa. Itaque poſt Reſurrectionem è mortuis, & Aſcenſionem ad cœlos, Tadæus, vnus è ſeptuaginta, iuxta Chriſti promiſſum ab Apoſtolo Thoma Edeſſam miſſus eſt, ibique Abagarum, & filium eius Audum, (alij, Abdum vocant) ſanavit, Chriſtianorumque ſacris initiavit, Hiſtoria fuſe recitatur à Nicephoro, lib.2.cap.7. Sciendum tamen Abagarum, nonnumquam dici Abagarum, nonnunquam Agarum. Quin Abagarus, dicitur ab Euſebio, lib. 1. (Hiſtor. cap.12. & 13.
Abagaius, Nilus fluvius dicitur, vt ſcribit Paulus Iovi, lib.8.
Abala, nomen oppidi in Africa, Plin.cap.25.
Abali populi Indiæ, apud Plin. cap. 19. lib.6.
Abalites, ſinus eſt maris Troglodytici, Plin.
Abalus, inſula eſt maris Occeani, Plin.
Abana, pen.cor.fluv. Damaſci in radicib. Libani, exortus in Syriacum mare funditur, 4.Regum 5. 12.
Abania, interp. gratus domino.
Abannæ populi Africæ, vicini Copratienſibus.

§. Abantes, populi iuxta Pontum. Orph.
Abantias, inſula maris Mediterranei, Bœotiæ, propinqua, dicitur, & Abantis, aliter Euboia.
§. Abantias, filia vel neptis Atlantis.
Abantis, inſula maris Ægei, toti illi Græciæ littori oppoſita.
Abantiadæ, dicti ſunt incolæ Eubœæ inſulæ.
Abaortæ, populi ſunt ad Indum flu. Plin.
Abarbarca, Nais nympha apud Homerum.
§. Abarbarea, vrbs inſulæ Taprobanæ.
Abarimon Scythiæ regio ſuper Antropophagos.
Abaris, pen. cor. nomen proprium viri.
Abarnus, vel Abarnir, regio, & vrbs Barianæ, Steph.
Abas, bantis, per ſimplex b. Argivorum Rex 12.
Abas, alius nobilis comes Æneæ, Virg.
Abas, alius vnus è Centauris.
Abantias, dicta eſt Atalanta apud Muſæum.
§. Abarim mons excelſus, vbi Moyſes mortuus eſt.
§. Abaritana, regio Africæ.
§. Abaſcus, fluvius Sarmatiæ in Euxinum mare influens.
§. Abaſcui, populi Arabiæ.
Abaſes, Ægyptij vocant regiones inhabitatas, Strab.
§. Abaſſus, oppidum in Phrygia magna.
§. Abaſta gens, populi liberi iuxta fluvium Indum.
Abaſter, vnus fuit ex equis Plutonis, interp. niger.
Abatos, inſula Ægypti in palude Memphitica.
Abatos, locus vltra Ægyptum, & Æthiopes.
Abaton, tis, æ, ædificium erectum à Rhodijs, C.Rho.
Abati, & Abarci, populi Arabiæ, Diod. Sicul.
Abathuba, villa Marmaricæ in Ægypto.
Abauchas, nomen viri, amicus cuius fuit Gyndanes. Huius meminit Lucianus in Dial. cui nomen Toxaris.
Abax, avis, pen. prod. fœm. vaſorum genus conditorium.
§. Abazea feſta inſtituta à Dionyſio Aſiæ Rege.
Abazim, mons excelſus in Iudæa.
§. Abdada, vrbs Galatiæ.
§. Abdala, pſeudo prophetæ Mahometi pater.
§. Abdalmutalis, pſeudo prophetæ Mahometi Avus.
§. Abdas, Epiſcopus Perſiæ pro extinctione ignis Veſtæ occi-(ſus.
Abdera, inſula ad Samothracem. Pomp.
Abderæ, pen. prod. vrbs Thraciæ. Vulgò *Polyſtylo*.
Abderia, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ fortè. *Almeria*.
Abdera oppidum Africæ inter Braganeum, & Tritonem.
Abderites, ſive Abderitanus, & Abderitus, a, um, ab Abdera.
§. Abderitæ populi Thraciæ.
Abderitica mens, hoc eſt ſtupida, & inſana.
§. Abderamus, paganus Princeps, crudelis Chriſtianorum in Gallia perſecutor, tandem à Rege Carolo victus eſt.
Abdon, nomen indeclinab. vnus ex Iudicib. Iſrael.
Abdua, fluvius Italiæ in Padum defluens, Vulg. *Abda*.
Abea vrbs in Peloponneſo, Vulgò *Calamata*.
Abeacus, Syracorum, Rex. Strab. lib.11.
§. Abededos, civitas Ægypti.
§. Abel, ſecundus Adami filius.
§. Abul, locus in Palæſtina.

Ab-

Abeona, & Adeona, deę cultę fuerunt ab Antiquis.
Abatæ, populi in Achaia. Plin. lib.4. cap.6.
Abella, vrbs supra Neapolim. Vulgò. *Bella.*
§. Abella, oppidum Campanię, vbi Abellinę nuces abundant. Prosp. & Virg.7. Æneid.
Abellinum, Italiæ opp. quod & Avellium. Vulg. *Troia.*
Abellini populi, & Abellinæ nuces, ab Abella.
Abellinates, Italiæ populi, antè Potropi appellati.
§. Aberdonia, vrbs Scotię.
§. Aberides, Saturni nomen.
§. Aberitæ, populi Gedrosię.
Abesamis Syrię oppidum à Semiramide conditum.
Abespi opp. apud Hermandum fluvium. Plin.lib.6.cap.63.
Abgarus, idem qui Abagarus, vide superiùs.
§. Abi, fluvius in Anglia, vide Abus.
§. Abia, Herculis filia.
§. Abiasasis, Indorum Rex.
§. Abida, opp. Phœnicię.
§. Abiga, amnis Numidię.
Abiecta, opp. apud Iaziges, Ptol.
Abij, populi sunt Scythię apud Solinum.
Abila, opp. Eliseí Prophetę patria in regione Decapolitana, vide Abyla.
Abilate, ab Abyla superiori in Syria.
Abila, Promont. Africę contra Calpen.
Abilinum oppidum est Germanię. Ptol.
Abilinis, columna in Mauritania Tingitana. Ptol.
Abina, opp. in Susiana regione. Ptol.
Abyostola, opp. Phrygiæ magnę.
Abisari, regio apud Indos prope Taxaliam.
Abis, fluv. in Danubium influens, aliter Aulus.
§. Abis, opp. Arabiæ. Ptolom.
§. Abisama, vrbs Arabiæ felicis.
§. Abissini, populi Æthiopię.
Abisontes, populi sunt Alpini, lib.3.
Ablacus, fluv. Danubium ingrediens. *Athamero.*
Ablana, civitas Albaniæ in Asia maiori.
Ablata, Civitas Cappadociæ, Ponti Polemoniaci.
Ableti, populi sunt non procul à Pergamo, Strab.
§. Abliala vrbs Albaniæ.
Abnoba, Germaniæ mons, in quo oritur Danubius. Vulg. *Bor*
Abobrica, opp. conventus Braccarensis Galliciæ.
Aboccis, opp. Æthiopiæ. Plin.
§. Aboia, opp. Mediæ in Hibernia.
Abolani, pop. in Latio, Albensib. proximi.
Abolla, vrbs Sicilię. Steph.
Abolos fluvius Sicilię insulæ.
§. Abona, amnis in Britannia.
§. Abobrica mons in Hisp. Plin. lib.4. cap.20.
Abonimœnia, opp. parvum iuxta Euxinum Pontum. Steph. Vulgò *Arcani.*
Abonotichnę, populi ad Pontum Euxinum.
§. Aboraca, Regio ad Mæotidem. Strab. lib.11.
Aboroca, civitas est Indorum vltra Hypanim.
Aboriene, opp. civium Romanorum in Africa.
Aborigenes, populi antiquissimi Italię indigenę, quasi sine origine sic dicti.
Aborrhas, fluv. qui ante Musiam pręterfluit.
Albotis, vrbs Ægypti. Steph.
Abraces, vnus ex summis Artaxerxis Ducibus.
Abradatas, Susorum Rex, qui cum Cyro pugnavit contra Ægyptios. Xenophon.
Abraam, nomen primi Patriarchæ, interp. pater excelsus.
Abraham, interp. Pater multitudinis.
Abrahanus, fluvius Britanniæ insulæ, Ptol.
Abretanna, pars est Mysiæ.
Abrettanus Iupiter, Mysis deus est, sic ac Abretana dictus.
Abrettini, sive Abrettani, populus in Aeolide.
§. Abricorria, opp. in Vltonia, vnde Comes Abricorriæ.
§. Abrinca, civitas in Gallia.
Abbretinni Plinio, dicuntur Mysiæ populi.
Abrinatæ populi Pontici. Steph.
Abrincarvi. Galliæ Lugdum populi. Plin.
§. Abrocomas. Darij filius. Herod.
§. Abrocomes, vnus è ducibus Artaxerxis.
Abrocos, regio Æthiopiæ sub Egypto.
Abrodiætus cognomen fuit Parrhasij pictoris.
Abrodiætus, Vlyssis pictoris cognomen.
§. Abroditæ, populi quidam Platonis sectatores.
Abron, onis, nomen proprium interp. Mollis.
§. Abronychus, dux Themistoclis contra Lacedemones.
Abronimœnia, vrbs Galatiæ, Vulgò. *Arcani.*
Abronus, pictor Samuis. Plin.
Abros gens Tarentinorum ad mare Adriaticum. Steph.
§. Abrostola, civitas Phrygiæ maioris.
Abrotinæ, vrbs Mysiæ. Steph.
§. Abrotonion, Themistoclis mater.
Abrotonium, nomen prop. fœm. vt Glycerium.
Abrotonum, Africæ opp. Plin. Strab. lib.17.
§. Abrucium comitatus, sive territorium in Italia.
Absarus, fluv. Iberiæ, Plin. Absorum vocat.
Absarus, amnis Armeniæ, in Pontum defluens.
§. Absephus, amnis Asiæ per Lampsaccum oppidum fluens.
Absylæ, nomen populi. Plin. lib.6. cap.4.
§. Absitris, opp. Assyriæ.
Absinthij populi, ab herba cognominati. Herod.
Absorus, insula in mari Adriatico, Melæ, Vulg. *Osser.*
Absorus, civitas in Illirico, Herod. alij Absorius legunt.
Absynthiū, vel Absynthus, seu Absynthus, vrbs Thraciæ postea Ænos dicta. Cuius incolæ dicuntur Absynthij. Her.
Absyrthes, Colchorum fluvius. (Plin.
Absyrtides, seu Absyrtidas insulæ sunt in mari Adriatico.
Absyrtus, Colchorum Regis filius: aliter Ægialeus.
Absyrthus scriptor Græcus scripsit de medicandis equis.
Absyrtacense, opp. Africæ propriæ dictæ.
Abydeni, populi ab Abydos Asiæ civitate.
§. Abydon regiuncula Macedoniæ.
Abydos, pen. prod. vrbs Asiæ contra Seston.
Abydos, patria Leandri, Virg. lib.1. Georg.
Abydos, opp. Ægypti Regia Memmonis. Plin.
Abyla, mons est excelsus Mauritaniæ. Steph.
Abyla, & Calpæ montes olim perpetuo iugo coniuncti ab Hercule sunt separati, & sic intermissum terris mare, quod in hodiernum Mediterraneum numcupatur.
Abyla, Syriæ, opp. Plin. Vulg. *Acenta.*
Abylli populi iuxta Nilum. Trogloditis vicini. Steph.
Abyssa, & abyssana, civitas Arab. Felicis.
§. Abystrum, civitas Græciæ.
Abucci, populi Æthiopiæ sub Ægypto. Ptol.
Abuciteni, populi Æthiopiæ sub Ægypto. Ptol.
Abudiacum vrbs Mindeliciæ. Ptol. Vulg. *Bureichausem.*
Abula, opp. Hisp. in Lusitania, Vulg. *Avila.*
Abunis, oppidum Sarmaticæ in montibus.
Abus, montis Tauri brachium ad Arcton immissum.
Abus, fluv. maximus Britanniæ. Ptol. Vulg. *Hamber.*
Antenorea, civitas Italiæ, quæ postea Patavium, deinde Paduæ appellata, ab Antenore condita,
Anteopolites nomos mediterranea est in Ægypto.
Anteros, veneris, & Martis filius, Cicer. de Natur. Deorum.
§. Anterus Pontifex Romanus, ann.236.
§. Antes, promontorium Achaiæ.
Antenorta, Dea Rom. dicta, quod futura prospiceret.
Anthane, es, civit. Lacedæmoniæ in Peloponneso.
Anthanis, olim dicebatur Vrozon Peloponnesè, vrbs Steph. Vulgo *Predena*.
Antharis, Rex Longobardorum Theolindæ maritus. Dia.
Anthedon, vrbs est Bœotiæ, Hom.
Anthedon, portus Peloponnesi in portu Saronico.
Anthedon, civitas Basiotidis in Ægypto.
Anthemion, vir Troianus Simonisis pater, Homer.
Anthemis, insula est maris Mediterranei, quæ postea Ambrasus.
Anthemus, vntis, opp. Macedoniæ.
Anthemusa, civitas Mesopotamiæ, Strab. lib.16.
Anthemusis, lacus est Mariandenorum, Steph.
Antheus, cum h, Anthenoris fuit filius, Virg.
Anthia, vrbs fuit propinqua Pylo sub ditione Memnonis.
Anthira, opp. Tecto sagum in Galatia.
Anthis, civitas Syriæ iuxta Euphratem.
Anthium, opp. Thraciæ in Attica regione.
Anthium, Italiæ civitas, quæ Latin. Antium, Stepha.
Antho, fuit Amulij Albanorum Regis filia.
Anthos, vnus ex filijs Nestoris.
Anthores, viri proprium, de quo Virg. lib.10.
Anthropomorphiti, dicti sunt, qui Deum membra habere arbitrabantur, vnde Antropomorphica hæresis.
Anthropographus, dictus est Dionysius, quod nihil aliud quam homines pinxerit. Plin.lib.35.
Antropophagi populus Scythiæ Massageti finitimi, qui carne humana vescuntur, Plin.
Anthila, vrbs in Ægypto, de qua Herod. lib.2.
Antiphus, filius Thessali Herculis nepos, Hom.
Antipodes, sunt qui contra nos positi sunt contrarijs vestigijs.
Antipodes, opp. Latij vbi nunc Ianiculus.
Antipolis, Galliæ Narbonensis vrbs, Ptol. vulg. *Raigny*.
Antipyrgus, vrbs Marmaricæ, Ptol. Vulg. *Luoho*.
Antia, filia Amphianassæ, & vxor Prœti Argivorum Regis.
Antia lex dicebatur, quam Antius Restio tulit.
Anutiates, pop. Antium inhabitantes.
Antibetæum, opp. Britanniæ insulæ.
Antibachi insula sinus Arabici Steph.
Antibatani pop. sunt Asiæ maioris Mediterranei.
Anticanis, sidus quod ante maiorem canem oritur.
Anticalus, mons Seleuciæ, Strab.
Anticatones, duo sunt libri, quos Cæsar contra Catonem scripsit, Sueton.
Anticites, amnis Asiæ à quo pisces Anticæi.
Anticeita, fluv. Asiæ, Stra. lib. 11.
Antichthiones, Martianus seiungit ab Antæis, & Antipodibus.
Antchthines, populi ad Taprobanam insulam habitantes in Zona hyemali, alio nomine Antipodes.
Anticlea, fuit mater Vlyssis, quem ex Sisypho concepit.
Anticœtus, flu. in Meotim paludem fluens.
Anticondelera, pop. quidam Bæotiæ, Steph.
Anticragus, mons est Lyciæ, contra Craguin situs.

Antiycinolis, opp. Paphlagonæ, quod & Cynolis.
Antycira, insula adiacens sinui Maliaco, & Oete monti.
Antycira, civitas iuxta Cyrrham in Phocide regione.
Antidotus, pictor fuit nobilis, Plin.35. cap.11.
Antigenes nomen pueri rustici, Virg.
Antigenes Thebanus musicus tibicen, Plin.lib.16. cap.36.
Antigonia, Troas, ipsa dicta est, postmodum Alexandria.
Antigonia, opp. Arcadiæ, quod & Suaninea.
Antigonia civitas Choanum in Epiro, Ptol. Vulg. *Croya*.
Antigonensis, populi Antigoniæ Epiri vrbis incolæ,
Antigones, filia Laomedontis Priami soror.
Antigone, Oedipi Thebanorum Regis filia.
Antigonis tribus atticæ ab Antigono dicta, Steph.
Antigonus, Rex Macedonum Alexandri frater.
Antigonus, alius Asiæ Rex.
Antigonus tertius Macedonum Rex.
Antigonus, alius Iudæorum Rex.
Antigragus, mons Lyciæ Grago oppositus, Strab.
Antilibanus, mons è regione montis Libani situs.
Antilochus, Nestoris & Euridices filius, Hom.
Antimachus, viri proprium interp. contra pugnans.
Antimachus Colophonus, Poeta Græcus, Cic.
Antimachus, alius Ægyptius patria Hieropolitanus.
Antimachus, alius poeta Melicus cognomento, Plin.
Antimachus, Troianus quidam, qui impedimento fuit ne Græcis Helena redderetur, Homil. Ilia.11.
Antinous Bithynicus, admirandæ pulchritudinis adolescens ab Adriano Principe adamatus, Paus.
Antinous, Ægypt. civit. ab Adriano Amasio sic dicta.
Antinoites, nomos, i, præfectura loci illius.
Anthiochia, Syriæ pars est, Plin. & Pomp.
Antiochia, vrbs est in Syria, quæ prius Epiphane.
Anthiochia, opp. Mygdoniæ, Asiæ, Plin.lib.6. cap.13.
Anthiochia, insula maris Mediterranei Strongile proxima.
Anthiochia, civitas ad Persicum littus ab Antiocho, cui Soter cognomento fuit, condita.
Antiochia, opp. Mesopotamiæ ad Euphratem, forte Aleppo.
Antiochia, civitas Galatiæ regionis Pisidiæ.
Anthiochia, civitas præfecturæ Cappadociæ.
Antiochia, civitas Græciæ ad Meandrum flu.
Antiochia, apud Phadnem ab Argivis habitata. Ionæ aliàs dicta, Steph.
Anthiochia, maris partem Anthiochus à se appellavit, Plin. lib.2.c.67.
Antiochanus, a, um, & Antiochensis, adiectiva.
§. Antiochus, Philosophus Tullij Bruti institutor.
Antiochus, nomen secundi Regis Syriæ, Seleuci filij.
Antiochus Achios Syriæ Rex, regnavit annis 20.
Antiochus Magnus, i, Hierax, qui regnavit ann.36.
Antiochus Epiphanes, id est, nobilis, Quintus Syrię Rex.
Antiochus Ascalonita, dicendi peritissimus, Plut.
Antiochus Syracusanus historicus, scripsit de Italia.
Antiochus sophista, quem Ægei Ciricum tulere, Plin.
Antyopia, Nyctei Regis filia, & Lyci Thebanorum Regis vxor.
§. Antipater, vnus ex Alexandri ducibus.
Antipater, Iolai filius è Pauliura Macedonię oriundus.
Antipater, nobilis poeta Sidonius, Cic. Quintil.
Antipater Tyrius, Philosophus Stoicus, Plut.
Antipater Tharlensis, Philosophus, Plut.
Antipater Ascalonita, Herodis Regis pater. Volat.
Antipater Hieropolitanus, Sophista nobilis, Phil.
Antipatrij alii eius nomine fuere, inter quos Cassander Macedonum Regis filius.
Antipatrix, civitas Iudeę ab Occasu Iordanis.
Antipates, Rex fuit Lestrigonum Melampodis filium.
Antiphates, alius filius nothus Sarpedonis.
Antiphellus, opp. Lycię contra Phellum. Vulg. *Antifello*.
Antiphili, villa Mareoticę in Ægypto.
Antiphilus, pictor nobilis in Ægypto natus, Pli.lib.35.c.10.
Antiphon, Rhamnusius orator antiquus. Quint.
Antiphonus, & item Antiphus, Priami fuere filij.

Antiphiæ, villa in Marmatica Ægypti.
Antirchium, promontorium Ætoliæ.
Antirrhodus, insula Alexandriæ Ægypti adiacens.
Antissa, opp. in Lesbo insula, Pomp. (eruditus, Cic.
Antisthenes, Socraticus Philosophus acutus magis, quam
Antisthenes fuere alij tres, vnus de schola Heracliti, alius Ephesius, tertius Rhodius historicus, Doig.
Antirautus, mons Tauro oppositus, Strab. l. 12.
Antinestæum, promont. Britanniæ in Cornubia, Ptol. Bollerium, Dioc. Bellerium, vulg. *S. Buri.*
Antium, opp. vetus in Latio iuxta mare, vulg. *Neptuno.*
Antæci, opp. quos Martianus ab Antichthonibus, separat.
Antobroges, pop. Galliæ Aquitanicæ.
Antonius, viri proprium.
Antoniorum, familia Romæ nobilissima vetutissimaque fuit, vtpote, quæ ab Antone Herculis filio, & nominata, & oriunda proditur.
Antonius Gnypho, ingenuus Ginallia natus, Romæ docuit.
Antonius Musa, medicus fuit Augusti Cæsaris.
Antonius Iulianus Rhetor, qui Romæ docuit.
Antonius Nebrissensis Gramaticus Hispanus, primus nostro sæculo Hispaniam suis litteris illustravit, barbarosque Grammaticos, quibus hactenus conspurcata fuerat, ex ea explosit.
Antoniopolis, & Antoniopolitę, pop. Libyæ.
Antona, Civitas est Peloponnesi, Strab.
Antones, pop. sunt iuxta Alpes, Strab.
Antor, vnus è Centauris, Val. Flac.
Antraca, oppidum est Hispaniæ, Ptol.
§. Antrimmia, territorium Vltoniæ in Hibernia, vnde Comes Antrimmia.
§. Antrius, lacus est Vltonæ in Hibernia.
Antromnomen fluminis in Britania.
Antrona, sive Antron, oppidum est Magnesiæ.
Antronia, vrbs in Messenia Peloponnesi regione.
Antros, insul. in amne Garrumna Galliæ.
Antuates, opp. sunt Galliæ Cęsari.
Antuerpia, oppidum Brabantię, quod Scaldis fluvius pręterfluit, nobilissimum, ac saluberrimum Germanię inferioris emporium, vulgò. *Anuers.*
Anubis lingua Ægyptiaca dicitur canis, in cuius forma colebatur Mercurius. Servio.
Anubis, Osiridis, & Isidis filius.
Anuchta, civitas est in Susiana regione, Ptol.
Anulus, Mauritanię fluvius, Ptol.
Anxa, vrbs Salentinorum, prius dicta Gallipolis.
Anxinum, oppidum Frentanorum, Ptol.
Anxantini, Marsorum populi.
Anxius, fluv. ex Armenio monte oriens per Caucasum in Mesopotamiam defluit.
Anxur, uris, vrbs Volscorum, quæ posteà vulg. *Tarracina.*
Anxur, fons est in Campania iuxta Tarracinam.
Anxurus, sive Anxyrus, nomen est quo Iupiter, à Campanis vocicatus est.
Anisis, Ægypti Rex auctor est Herodotus.
§. Anysis, vrbs Ægypti.
Anytus, vir Atheniensium, Socratis inimicus, Plut.
Anzeta, civitas Armeniæ maioris, Ptol.

A. ANTE O.

Aod, filius Ieræ, filij Iemini. Iudic. 2.
Aon, Neptuni filius. Lactan. à quo Aonia.
Aonia, regio Thracia ab Aone Rege Neptuni filio.
Aonia, pars montana Bœotiæ.
Aones, pop. vetusti Bœotiæ, vnde Aones montes dicti.
Aonias, fons dicitur, qui Aganippe.
Aonides, dicuntur musæ ab Aonio fonte illis dedicato.
Aonius, a, um, adiectivum, i. Bœotius, Ser.
Aotis, Arantis filius, venator, & bellicosus, Steph.
Aornos, fuit petra apud Indos, præceps, & invia.
Aornos, vrbs in Epiro est, Ptol.
Aorsi, pop. Sarmatiæ in Europa ad Tanim. Strab.
Aorsi, pop. non procul ab Ixarte, fluvio, Plin.
Aorus, Civitas Cretæ, ab Aoru Nympha, Steph.
Aous, fluvius ad Apolloniam, qui & Aeas.

A. ANTE P.

Apei, prop. Æthiopiæ sub Ægypto, Ptol.
Apęsus, vrbs Troadis, quæ, & Pasus dicitur, Steph.
Apamea, insula Tigri fluvio, circunfusa, Plin.
Apamea, civitas Parthorum, Ptol.
Apamea, civitas Ponti, sive Bithyniæ, Ptol.
Apamea, vrbs minoris Asiæ prius Celene dicta.
§. Apamia, vrbs Tetrapolis in Syria.
§. Apamia, vrbs Phrygiæ.
§. Apameste, opp. Græciæ maioris.
§. Apamestini, populi eiusdem oppidi.
Apana. *Hija de Anthiochio.* Paus.
Apana. *Rey de los Macedonios, hijo de Astiubaro. Reynò treinta años.*
Apanestini, pop. sunt Calabriæ. Ptol.
Apactias, ventus ab Arcto flans.
Apari, oppidum Circensiorum in Africa.
Apasiacæ, gens Massagetarum. Steph.
Aptuargus, civitas Sarmatiæ in Asia.
Apatei, pop. Arabiæ Felicis. Ptol.
Apavotiene, regio Scythiæ in qua Hyrcani.
Apelblua, insula adiacens Pamphyliæ.
Apelles, pictor eximius patria Cous. Quint.
Apelles, vnus è sectatoribus Marcionis hæretici.
Apelleus, a, um, adiectivum, vt Apelleo collore signatus.
Apeneste, Apulię vrbs. Ptol. Vulg. *Manfredonia.*
Apenninus, mons est, qui in Alpibus proficiscens vniversam Italiam in Siciliam vsque dividit. Vulg. *Montefiscello.*
Apenicola, & Apennigena, montis Apennini accolæ.
§. Aperantia, vrbs Thessaliæ.
Apernus, Marrucinorum fluvius. Ptol.
Apesus, vntis, montis nomen, qui Nemeæ superiacet.
§. Aphace, vrbs Libyæ.
Aphadana, civitas Mesopotamiæ ad Euphratem.
§. Aphannę, regio Siciliæ.
Aphar, opp. Mauritanię Cęsariensis.
Aphas, antis, Molossorum fluvius in Epiro.
§. Aphedas, Rex Molossiæ.
Aphereus, pater Lyncei, à quo adiectivum Aphereius, a, um.
Aphedantes, pop. in Molossis. Steph.
Aphedas, nomen Regis Atheniensium.
Apher, aliquis ex Aphrica, vide Africa.
Aphete, civitas Thessaliæ. Strab. lib. 9.
Aphetor, oris, rupes, vnde responsa dabantur.
Aphidas, unus ex Centauris.
Aphrica, tertia Orbi regio.
Aphidnæ, locus in Attica, Latebræ Helenæ.
Ahpnij, pop. Lyciæ ad Esapum fluvium.
Aphnites, palus iuxta Cyzicum, Arthynia prius. Steph.
Aphormium, locus Thespiensium. Steph.
Aphricerones, pop. sunt Libyæ interioris.
Aphrodisia, in Thracia Chersonneso.
Aphrodisia, insula in mari Persico.
Aphrodisia, dicuntur Veneris sacrificia. Plaut.
Aphrodisia, regio Æolidis. Plin. lib. 5.
Aphrodisias, olim vocatur Troezem Pelopon. Steph.
Aphrodisium, dicitur Veneris statua. Plaut.
Aphrodisium, Cariæ promontorium Pomponio. Plin. Aphrodisitas appellat.
Aprodisium, vrbs Africæ. Ptol. Vulg. *Africa.*
Aprodisium. Hisp. Tarraconensis promontorium. Ptol. Vulg. *Cabo de Cruz, ù de Cruzes.*
Aphrodisium, promont. Provinciæ Narbonensis.
Aphrodisium, civitas est Cypri insulæ.
Aphrodisium, Colonia Numidiæ, Ptol.
Aprhodisius, pręsul Biturigensis, Petri discipulus.
Aphrodite, Venus appellata est, quod à maris spuma enata sit.
Aphrodite, est insula sinus Arabici, Ptol.
Aphroditopolis, civitas Ægypti.

Aphro-

Aphroditopolites, nomos, præfectura in Thebaide.
Aphthonius, sophista scripsit Progymnasmata.
Aphidna, sive Aphidne, vna ex vrbibus Atheniens.
Aphite, civitas iuxta Pallenem Thraciæ. Steph.
§. Aphthides, pars Ægypti.
Apiacum, opp. Britanniæ insulæ.
Apidanus, fluvius Thessaliæ, in quo Enipneus Melax, & Phenix fluvij miscentur.
Apie, es, dicebatur prius, quæ posteà Peloponnesus.
Apienates, pop. in Vmbria, interierunt.
Apilas, antis, fluv. Macedoniæ vide Aloras.
Apina, opp. Apuliæ à Diomede eversum.
Apiolæ, arum, opp. fuit antiquum Latij.
Apis, oraculum in Ægypti omnium sermone celebratum.
Apis, Argivorum Rex, Iovis, & Niobes filius, post mortem ab Ægyptijs in forma bovis colebatur. (cus esset.
Apis, vicus in Africa, eo quod nobilis regione Ægypti lo-
Apisaon, nomen viri Troiani proprium.
Apicius, altissimus Nepotum gurges, Plinio auctore libros de gula conscripsit.
Apius, cognomen familiæ Romanæ.
Apobœti, pop. Ætoliæ. Steph.
Apobathra, locus quidam contra Seston Hellesponti.
Apocopa, civitas in sinu Barbarico Æthiopiæ.
Apollinares, ludi qui in honores Apollinis fiebant.
Apollinares, nomen proprium viri.
Apollo Iovis, & Latonæ filius in Delo natus eodem partu cum Diana, quæ & Phœbea dicitur.
Apollo, alius Corybantis filius in Cræta natus.
Apollo, tertius in Arcadia natus, Admeti Thessaliæ Regis armenta iuxta Amphysum amnem noven annis pavit.
Apollinis, promont. Mauritaniæ Cæsariensis.
Apollinis, civitas in Ægypto, illi sacra.
Apollinis, insula in Libya est Steph.
Appollodorus, nomen pictoris excellentis.
Apollodorus, Atheniensis, Grammaticus, Asclepiadis discipulus, prius metri Triambici inventor.
Apollodorus, alius Tarsensis tragicus. Suid.
Apollodorus, item Atheniensis poeta comicus tempore, quo & Menander fuit. Suid.
Apollodorus, Pergamus, Cæsaris Augusti præceptor.
Apollodorus, Gelæus, qui comœdiarum Philadelphi, & Sisyphus auctor est.
Apollodorus, Alexandrinus, comicus Menandri æmulus.
Apollonia, civitas Epiri Corinthi Colonia. Vulg. *La Velona.*
Apollonia, Insul. Traciæ, cit. Istrum amnem. Herod.
Apollonia, oppidum Crætæ in ora maritima. Plin.
Apollonia, Syriæ vrbs. Plin. Vulg. *Bonandria.*
Apollonia, ad Rindacum amnem in Mysia majori.
Apollonia, opp. in Monte Atho, vbi Macrobij.
Apollonia, urbs Ponti, vnde Apollo translatus.
Apollonia, vrbs Macedoniæ. Ptol.
Apollonia, oppidum Teutraniæ. Plin.
Apollonia, civitas Palæstinæ Iudææ.
Apollonia, opp. Peloponnesi. Strab.
Apollonia, civitas Galatiæ in finibus Pisidiæ.
Apollonia, oppidum Pentapolitanæ regionis in Cyrenaica regione.
Apolloniatæ, pop. Apolloniæ. Val. Max.
Apolloniensis pars quędam addita Attallidi tribui. Steph.
Apolloniensis adiectivum, aliquis ex Apollonia.
Apollonias, peius dicta, quæ posteà Troczen. Steph.
Apollinates, pop. Provinciæ Narbonensis.
Apolloniritę, pop. sunt Lydię. Plin.
Apollopolis eadem, quę supra Appollonis civitas.
Apollopollitas, nomos eiusdem vrbis præfectura.
Apollonius Rodius, scripsit Argonautica versu Hexametro. Suid.
Apollonius Alexandrinus, cognomento Dyscorus, Herodiani Grammat. pater, scripsit de constructione partium orationis, aliaque in Grammatica.
Apollonius, Aphrodisius historicus scripsit res Carias.
Apollonius, Molo Rhodius, Cic. præceptor. Plut. (Suet.
Apollonius, Alabandensis, dicendi magister clarissimus.
Apollonius, Nasseus, Panætij Stoici familiaris. Strab.
Apollonius, Herophilus, scripsit de vnguentis Ahem.
Apollonius, sophista, Naveratia Athenis docuit. (tus.
Apollonius, sophista Atheniensis, Athēnis docuit, Philostra-
Apollonius Tyanæus, philosophus, cuius vitam longè lateque Philostratus descripsit.
Appaite, qui prius Cerceri dicti Armenia.
Appia via est à Roma in Campaniam, & ad mare, vsque Brundusium. Cicer.
Apha, civitas est Parthicæ regionis. Ptol.
Appianus, Alexandrinus, scripsit libros 22. historię Romanæ quorum 9. tantum extant.
Apion, Mochrus Ægyptius Grammaticus celebris.
Apion, Græcus scripsit res gestas Alexandri.
Appius Claudius Gręcus, orator fuit Romę. Cic. (Abano.
Aponus, fons est calidis aquis, proprè Batavium, Bagni de
Aponomitę, pop. Marmaricæ nominati.
Apreis, Psammis Ægypti Regis filius, Hireo, lib. 2.
Apros, colonia Thraciæ Cherson. Ptol. Vulg. *Apro.*
Apro, fluv. qui præterfluit Ariminium.
Aprustanni fuit, pop. Brutiorum Mediterranei. (*Abruzzo.*
Aprutium, Italiæ regio inter Apuliam, & Picenum, Vul.
Apsalus, sive Absalus, civitas Macedoniæ.
Apsile, gens Scythica, Laxis vicina. Steph.
§. Apsortus, vrbs Ponti Cappadociæ. Ptol. Hodie Arcani,
Apsorus, insula in mari Veneto.
Apsus, fluvius est Macedoniæ. Lucan. lib. 5.
Aptera, vrbs Lyciæ regionis. Steph.
Aptera, opp. Crætæ à Syrenibus vocatum.
Aptuchi, fanum in Cyrenaica regione. Ptol.
Apuani, Ligures sunt, teste Livio, lib. 10. *Donde oy està el Castillo de Ponte Remeli.*
§. Apuleius Philosophus Afer, qui Athenis floruit. (*glia.*
Apulia regio Italiæ mari Adriatico contermina. Vulg. *Pu-*
Apulus, a, um, adiectivum ab Apulię.

A. ANTE Q.

Aquarij fuerunt hæretici quidam, qui solam aquam offerebant in calice Sacramenti. Cæl. Rhod. lib. 18. c. 40.
Aquæ talidæ, vrbs Britanniæ. Ptol. Vulg. *Bathonia.*
Aquæ Augustæ, vrbs Aquitaniæ in Gallia. Ptol. Vulg. *Vayona.*
Aquæ mortuæ, opp. Galliæ Narbonensis. Plin. Vulg. *Aguas muertas.*
§. Aquæ nigræ, opp. Vltionæ in Ibernia. Vulg. *Blachbvater.*
Aquæ Sextiæ, Saliun Galliæ Narbonensis, vrbs, nunc Aquensis civitas.
Aquæ calidæ in Africa, propriæ dicta. Ptol.
Aquę callidæ, ins. Mauritaniæ Cæsariensis. Ptol.
Aquæ, Quintanię in Hispania. Ptol.
Aquæ Leę in Hispania. Ptol. (*Adqui.*
Aquę, Statilensium, opp. Gallię Cispadanæ. Plin. Vulg.
Aquacaldenses, pop. Hisp. conventum Tarraconens.
Aquila, vrbs Brutiorum, à Longobardis ędificata.
Aquilo, dicitur Astrum, quod ala dextra circulum ęquinoctialem parum prodit, sinistra non longè à capite Opruchi videtur figurata.
Aquileia, vrbs Camorum in Italia.
Aquileius sinus propè Venetiam in Mari Adriatico.
Aquilius, cognomen factum è calore subnigro.
Aquilo, ventus dictus à vehementissimo volatu ad instar Aquilæ, Gręcè Boreas.
Aquilonaris, adiectivum, vt regio Aquilonaris.
Aquilonius, a, um, vt Aquilonia loca.
Aquilonia, civit. Hirpinorum in Italia Agnome.
Aquinum, Latinorum oppidum, quod Melpha, fluvius alluit, Strab. Vulg. *Aquino, S. Thomæ patria.*
Aquinatus, saltus, in octava Italię regione. Plin.
Aquisgranum, Germanię nobilissima civitas, prius Vegerra dicta. Vulg. *Aquisgrant, à Aix la Chapelle.*

Aqui-

Aquitania, regio tertia Galliæ pars ab obliquis aquis Ligeris sic dicta. Vulg. *Guyena.*
Aquitania, ab ortu habet Occeanum, ab Occasu Hispaniam, à Septentrione Lugdunensem Provinciam à Meridie Narbonensem.
Aquitanus, a, um, & Aquitanicus, a, um, adiectivum, ab Aquitania.
Aquites, nomen Sacerdotis apud Phasidem, Valer.
Aquitium, Colonia est Campaniæ in Italia.
Aquula, opp. Hetruriæ, vnde Aquulenses, & Aquensis ab aqua pendente, Plin. & Ptol.

A. ANTE R.

Ar, Moabitarum Metropolis ad Armon sita. Deut. 2. Isai. 13. num. 21.
§. Ara, tres insulæ Conacticæ ditionis in Ibernia, & portus maritimi.
Ara, vrbs Assyriorum, 1. Paral. 5. Hieron. in quęst. Hæbr. & Tob. 1.
Ara, filius Ieter, 1. Paral. 7.
Ara, civitas Arabiæ Regiæ, necnon insula Arabiæ adiacens, Ptol.
Ara, est signum Cœleste, propterea inter astra relata, quod in ea confœderatio deorum contra Gigantes facta fuerit, Ovid.
Arabarches, dictus est M. Antonius, quasi Ægyptius publicanus.
Arabarches, Arabum Princeps, Iuvenalis.
Arabes, dicuntur populi, vnguentis, & aromaticis fructibus abundantes.
Arabia, Regio est Asiæ maioris, inter Iudæam, & Ægyptum.
Arabia, longè latèque patet, itàque multiplex est.
Arabia, Felix est inter sinum Arabicum, & Persicum.
Arabia Felix, propter copiam vnguentorum, & aromatum. Græcis, Aromatapheros cidasmon libanophoros.
Arabia Petrea à Petra vetustissimo opp. Ptol.
Arabia deserta, Palestinæ finitima est, eamque incolit gens vaga, & sine ædificijs in tentorijs habitans.
Arabia, ad Babylonem, eadem est quæ Petræa.
Arábia, emporium est Arabiæ Felicis.
Arabs, Apollinis fuit ex Babylone filiùs. Plin.
Arabs, qui Arabiam incolit.
Arabius, & Arabicus, adiectiva pro eo quòd ex Arabia.
Arabicus sinus, quod Erithræum mare dicitur.
Arabica, nomen Ægypti, & Metropolis Phacusa.
Arabis, fluv. videtur, qui Plin. lib. 2. Sarbis scribitur.
Arabisidæ, arum, opp. est Lyciæ, Ptol.
Arabis, fluv. Indiæ, cuius accolæ Arabitæ, Steph.
Arabo, onis, fluv. est Pannonię superioris.
Arabones, duo fluvij, Pannoniæ inferioris. Steph.
Arabyza, civitas Caucanidis, quæ nunc Pesinus vocatur.
Area, civitas Syriæ Commagene, Ptol.
Araccha, civit. in Susania regione, Ptol.
Arachne, nomen puellæ Lydiæ, quæ de lanificio ausa cum Pallade certare ab ea in araneam versa est.
Arachine, civitas est Thessaliæ, Livio.
Arachnęum, mons in Argo, Steph.
Arachus, fluv. Arcanarum in sinu Ambracio.
Arachiosia, regio est Arię, & Arianæ finitima.
Arachosia vna è Satrapijs vltra Indum fluvium, Plin.
Arachosia, regio Asię maioris, in qua Alexandria, & Rachotos civitates sunt.
Arachosij, sive Arachosi, pop. eius regionis incolæ.
Arachitus, vnus è 4. nobiliss. Epiri fluv. Strab.
Arachitus, civit. est Elidis Mediterranea.
Aracia, cognomine Alexandria, civit. Persidis.
Araciana, civitas est Parthorum, Ptol.
§. Aracinthus, mons Atticæ.
Aracinthus, mons est Acarnaniæ regionis.
Aracinthus, vrbs, & mons Bœotię, Volat.
Aracinthus, mons Achaiæ, Virg.
Aracinthus, mons Ætoliæ Minervæ sacer.
Arada, civitas Arabiæ Desertæ ad Mesopotamiam.
Arados, insula est adiacens Syriæ Phœnicis.
Aradripha, civitas Mediæ, Ptol.
Araduca, vrbs, Hisp. Ptol. Vulg. *Arzua.*
Aradus, Phœniciæ civit. Tripolcos, non longè à Tyro, & Sidone.
Aradij, pop. sunt Tripolitanæ regionis.
Aracratos, promont. Æthiopiæ Ægypti, Ptol.
Ara, Erythræa, regio est Achaiæ Provinciæ.
Ara, Lunæ opp. Gall. Belgicæ. Vulg. *Arle, ò Arlon.*
Ara, Palladis, insula est in sinu Barbárico.
Aræ Arephenię, in Eubœa iuxta Caristum.
Aræ, Alexandri, in Sarmatia sunt Europæ.
Aræ, Cæsaris sunt quoque in Sarmatia Europæ.
Arę Flaviæ, Germaniæ vrbs ad Danubium, Ptol.
Aræ Herculis, in Assyria, & Susiana regione.
Aræ Philenorum, in regione Cyrenaica. *Puerto de Saba.*
Aræ Neptuniæ, in Numidia regione, Ptol. Redico.
Aræ Sextianę, opp. Hispaniæ Tarraconensis. Vulg. *Lugo.*
Aræthyrea, vrbs in Peloponneso, Hom. Iliad. 2.
Aragus, mons est Lybiæ interioris, Ptol.
Aragi, pop. sunt Medis, & Parthis affinis.
Aragus, flu. Moiosorum in Epiro, Strab.
Aramana, civitas Arabiæ Felicis.
Aramaci, dicuntur, qui sunt Syri ad Aram.
Aramei, Plin. dicuntur Scythæ.
Arana, oppidum est Armenię minoris.
Arandis, civitas est, Hisp. Ptol.
Aritani, pop. sunt Lusitanię stipendarij, Plin.
Araphea, insula Cariæ, Steph.
Araphen, pars tribus Ægidis, Steph.
Araphanię aræ, locus in Eubœa insula.
Arar, qui & Araris, flu. est Galliæ Narbonensis. Vulg. *Sona.*
Arareno, regio est Arabiæ, cui Rex Sabus præfuit.
Araucœles, pop. Cyrenaicæ regionis.
Ararus, Scytharum fluv. teste Herod. lib. 4.
Arasus, civit. est Pisidiæ regionis, Strab.
Arath, regio Armeniæ campestris, per quam Araxis fluit.
Arator, Poeta Christianus, Romanus Subdiaconus.
Aratores, pop. sunt Scythiæ. Servio.
Arathos, oppidum Arabiæ Felicis.
Aratus, Poeta Græcus antiquissimus, qui optimè de Astrologia scripsit, Cic.
Aratus Sicyonius, Princeps optimus, Cic. & Livio.
Arathus, fluv. qui Tolgum vrbem abluit.
§. Arathis fluvius Sanona in Gallia.
Aravena, præfectura est minoris Armeniæ, Ptol.
Aravisci, populi sunt Pannoniæ inferioris, Plin. lib. 13. c. 25.
Araurius, fluv. est Galliæ, Ptol. Strab. Rauraris.
Arausio, nunc Arusinensis civ. dicta. Vulg. *Orange.*
Arausona, opp. est Liburniæ, Ptol.
Araxa, civitas est Lyciæ regionis, Ptol.
Araxa, Noè Patriarchæ filia, & Britonis mater, qui originem, & nomen dedit Britonibus, Gildas lib. de orig. Briton. insu.
Araxenas, regio est Armeniæ, propè Araxen flu.
Arages, fluv. Armeniæ maioris, ex eo monte, ex quo Euphrates nascens, Strab. Abon. Plin. Aga. Vul. *Arath.*
Araxinus, campus Armeniæ propè Araxata.
Araxum, promontorium est Peloponnesi, Plin.
Araxus, fluv. est Achaiæ, Strab.
Arazus, vrbs iuxta Pontum ab Arazo duce, Steph.
Arba, insula, & civitas adiacens Illyrico, Plin.
Arbea, civitas Iudææ dicta, quod ibi Patriarchę tres sepulti fuerunt, & quartus Adam.
Arbela, sive Arbila, civitas est Assyriæ.
Arbies, populi sunt Indiæ, Plin. & Strab.
Arbis, sive Arbies, fluv. est Gedresiæ.
Arbius, mons Cretæ, & montis insula similiter, Steph.
Arbobrica, civitas est Hispaniæ, Ptol.
Arbocela, civit. est Hisp. Ptol.
Arbua, opp. est Persicæ regionis.
Arbucale, civit. maxima iuxta Iberum, quam Annibal ægrè obtinuit, Steph.
Area, Syriæ Cœles vrbs antiquum nomen retinet. Ioseph.

An-

Arcadia, Peloponnesi regio, & Achaiæ pars.
Arcades, populi sunt Arcadiæ regionis.
Arcadicus, a, um, quod ex Arcadia est.
Arcadia, oppidum est Cretæ, Plin.
Arcadius, fluvius est Cappadociæ ad Cysſios.
§.Arcadius, Imperatoris Romani nomen.
Arcas, Iovis, & Balisthonis fuit filius, à quo Arcadia.
Arcesena, civitas est in mari Myrtoo.
Arcesilas, & Arcesilaus, nomen philosophi proprium.
Arcesilas, Polemonis discipulus pertinax disputator.
Arcesilas, sculptor nobilis, sculpsit Dianæ simulacrum.
Arcesilaus, vnus fuit è 5.Ducibus Bœotorum, qui ad Troiam cum navibus 50. venere, Hom.
Arcesive, civit. in Amurgo vna Cycladum, Steph.
Arcesius, nomen viri proprium, Hom. lib.11.Odyss.
Arcesius Iovis filius, Laertis pater, Ovid.
Arceutus, fluv. qui per campum Antiochiæ fluit.
Arcene, *Sexto Rey de los Medos, reynò años* 40.
Arcadius Grammaticus, scripsit nonnulla Grammatica.
§.Areagathos, medicus Peloponnensis, qui Romę docuit.
Archalla, civitas est præfecturæ Cilicię, Ptol.
Archandis, fuit Danai socer, Hom. lib.1.
Archandropolis, civitas Ægypti, Steph.
Archedicus, Poeta comicus est Athenæo.
Archelais, civitas est Cappadociæ regionis.
Archelais, civitas est Iudææ ab Occasu Iordanis.
Archelaus Milesius, Anaxagoræ discipulus, Cicer.
Archelaus, Anthenoris Troiani filius. Hom.
Archelaus Geographus, qui terram omnem ab Alexandro peragratam descripsit, Diog.
Archelaus, alius qui de rerum naturis carmine scripsit.
Archelaus, alius qui oratoriam docuit, Dig.Laert.
Archelaus, Herodis filius, de quo histor. Herosο.
Archelaus, Macedoniæ Rex, Perdicæ filius, Cic.
Archelaus, Mesopotamię Præsul, scripsit contra Manicheum Syro sermone, Hier.
Archemolus, Regœti Marrubiorum Regis filius, Virg.
Archemorus, Lycurgi Nemeæ Regis filius, Stat.
Archemobus, Amprionis ex Niobe filius.
Archeopolis, civitas est Sypillo monti proxima.
Archeoptolemus, Iphiti filius, Hectoris auriga.
Archia, insula est vicina Rhodo insulæ.
Archias Poeta Antiochenus, quem Cicero contra Gręcum quendam defendit.
Archias, alius qui Syracusas condidit. Volat.
Archias Hyblius quidam pręco celeberrimus, Pollux.
Archibius, Grammaticus Alexandrinus Romæ docuit sub Traiano Principe, Suid.
Archidamus, Lacedemoniorum Princeps, vir bello clarus, Telidis filius, Suid.
ArchigenesMedici nomen, in quem sępè invehitur Galenus.
Archila oppidum Mediterraneum Cyrenaicæ.
Archilochus Poeta Græcus Iambici carminis inventor.
Archilochus, Nestoris, & Euridicis filius, Hom.
Archilochus, alius Siculus, qui Ariciam vrbem condidit.
Archimedes, Syracusanus Geometra nobilissimus, cuius scripta extant. (scripsit.
Archimedes Trallianus, qui commentaria in Homerum
Archippus, nomen Philosophi, qui Thebis scholas habuit.
Arcontici, hæretici quidam ab eorum Principe sic appellati.
Architas, Tarentinus Philosophus, cuius meminit, Cicer.
Archytas Mitilenęus, philos. musicam docuit.
Archite, alij duo fuere, quorum alter de agricultura scripsit, alter poemata epigrammatum, Diog.
Arcilacis, opp. est Hisp. Ptol.
Arcinæ, oppidum est Dacię, Ptol.
Arcitœssa, civit. in Ponto, Heracleæ subdita, Steph.
Arcissalitę, vel Archissalitę, pop. Tauricę regionis.
Arcocœlitani, populi Hispanię conventus, Cæsar August.
Arcocęlis, civitas, quam incolunt Arcocælitani.
Arcobadara, civit. est in Dacia, Ptol.
Arcobrica, opp. est in Hisp.Ptol. Vulg. *Arcos*.
Arcobricenses, eius oppidi incolæ, Ptol.
Arconessos, insula est adiacens Halicarnasso.
Arconesus, insula non longè à Thracię Chersonneso.
Arctanes, gens Epirotica, Steph.
Arctanum, oppidum Germanię, Ptol.
Arctax, mons est Propontidis, Strab.
§.Arctlia, oppidum Lagenię in Ibernia.
Arctlonia, oppidum Connacię in Ibernia.
Arcton, mons est, qui imminet Cyzico.
Arctophylax est stellula iuxta maiorem vrsam, quæ aliq nomine Bœotis, alio Arcturus dicitur.
Arctos, Latinè vrsa, sidus est circa polum Arcticum.
Arctous, id est, Septentrionalis, vt Arcticus polus.
Arctus, promontorium est insul. Sardiniæ.
Arculus, dictus est Deus, qui curam gereret arcarum.
§.Adarphia, oppidum Momoniarum in Ibernia.
Ardalides, vel Ardaliotides, Musę coluntur in Troezene ab Ardalo quodam conditore, aut à loco dictæ, Steph.
Ardania, civitas est in Peloponneso.
Ardanitas, civitas est in Marmaride Ægypti.
§.Adas, oppidum Vitonię in Ibernia, vnde Vicecomes Ardę.
§.Ardbricania, opp.Medię in Ibernia, ac sedes Episcopalis.
Ardea, opp. Rutulorum in Latio, sic dictum, quasi ardua.
Ardeates, vel Ardeatini, populi illius regionis.
Ardea, civitas est Persidis regionis, Ptol.
Ardea, Vlyssis, & Circes filius, Steph.
§.Ardia, opp.Momoniarum in Ibernia, ac sedes Episcopalis.
§.Ardia, oppidum Vltoniæ in Ibernia.
§. Ardia, civitas Illyrici.
Ardiseos, fluvius Scythię, Herod. lib.1.
Ardistama, civitas est Bezeniorum in Galatia.
§.Ardmacha, civitas Archiepiscopalis Vltonię, & totius Iberniæ Primaria à S.Patricio fundata, quondam vniversitate celebris, & nunc caput comitatus.
§.Armoria, opp.Momoniarum in Ibernia.
Arduenna, sylva est Galliæ inter Treviros, & Rhenos.
Ardys, filius Gycis Lydorum Regis, Herod. lib.1.
Area, insula in Ponto versus Colchos.
Area, fons, & locus in Thebis, incolę Arij dicuntur.
Areates, Sarmatæ populi sunt Thraciæ regionis.
Arecomici, populi Gallię Narbonensis, qui Strab. dicuntur Arecomisci, hodie Avenonienses appellamus.
§.Aremorica, regio Aquitaniæ in Gallia, Vulgò *Gnyena*.
Arestor, opp. est Gallię Lugdunensis.
§.Arestor, Pelasgi pater.
Aregelia, civit. est Germaniæ, Ptol.
Arelate, civit. Norico, Ptol. Vulg. *Lynix*.
Arelatè, sive Arelas, vrbs Gallię Narbonensis inter Salyes, Vulg. *Aelès*.
Arelatenses, populi sunt superioris civitatis.
Aremonium, oppidum est Britanniæ, Ptol.
Arena, civitas est Triphiliæ in Peloponneso, quam Hom. Amœnam vocat. (phei.
Areniphei, pop. Septentrionales ad Ripheos, melius Arim-
Arenolum littus, Ptol. Ponti in Casica.
Areopagitę, iudices fuere Athenienses severissimi.
Areopagus, vicus erat Athenis à templo Martis sic dictus.
Areopolis, civitas Arabiæ, quæ alio nomine Moab.
Areopolitæ populi, qui habitant Areopolim.
Ares, aris, Gręcè interp. Mars.
Ares, Regio Eubœæ, Steph. hinc Archius Gentile.
Areta, Aristippi philosophi filia.
Arete, vxor Alcinoi Phœacum Regis, Boccat.
Arethisia, lacus maioris Armenię, Plin.
Arethoux, Rex fuit in Arna Bœotiæ.
Arethusa, Nerei, & Doridis filia, in fontem sui nominis à Diana versa.
Arethusa, fons est, qui emergit ex Ortygia.
Arethusa, alter fons in Eubœa, insula.
Arethusa, tertius fons est Bœotiæ regionis.

Are-

Arethusa, quartus fons est Smyrnæ.
Arethusa, quintus fons est Chalcidiæ.
Arethusa, sextus fons est in Ithaca insula.
Arethusa, septimus fons in insula quarta parte vrbis Syracusarum. Cicer.
§.Arethusa, octavus fons est Armeniç.
Arethusa, locus Syriæ munitus iuxta Emesam. Strab.
Arethusa, opp. est Syriæ Cœles regionis. Vola.
§.Arethusa, oppidum Græciæ.
Arethusa, opp.Macedoniç. Plin. lib.6. cap.18.
§.Arethusa, civitas Eubœæ.
Arethusij, pop. in Macedonia. Plin. lib.4.cap.10.
Arethusæus, a, um, adiect. vt Arethusæi latices. Claud.
Aretium, opp.Hetruriæ. Vulg.*Arrezo.*
Aretini, pop.sunt eius opp. incolæ.
Aretus, filius fuit Nestoris, & Euridices, Bocca.
Areva, fluv. est Hispaniæ citerioris.
Arevaci, pop.qui iuxta Arevam habitant.
Arga, vicus est Arabiæ Felicis. Ptol.
Argæi, pop.sunt Arabiæ Desertæ. Ptol.
Argeus, Pelopis fuit filius, & Alectoris pater.
Argæus, alius quem dicunt primum fuisse, qui crematus sit, & ab eo mortem servatum.
Argęus, mons est Cappadociæ ad Mazatam civitatem.
Argais, insula iuxta Lyciam. Steph.
Argaltes, mons est Lybiæ interioris.
Arganthonium, mons est Prusiadi imminens.
Arganthonius, Rex fuit in Arua civitas Bœotiæ.
Arganthonius,Rex Hispaniæ,qui annis vixit 120.Plin.teste, Silius autem ait vixisse 300.
Argamidaca, opp.Mediæ. Ptol.
Argaton, mons in Mysia, vbi raptus Hylas.
Argea, loca Romæ, sic appellata, quod in his sepulti essent quidam Argivorum illustres viri, Festus. Varr. lib.4. de Lingua Latina.
Argeæ, insula parva est iuxta Canohum Ægypti. Steph.
Argemissa, insula ad continentem Troadis.
Argemicum, promontorium Troadis.
Argenos, insula est in ora regionis Ionicæ.
Argenum, promontorium est Lesbi insulæ. Vulg. *Cabe Stellaro.*
Arganum,promont.est Siciliç insulæ.Vulg.*Cabo de S. Alexi.*
Argenum, promont. est Asiæ.
Argenum, promont. est sinus Ærythręi.
Argentiola, civit. est in Hispania. Ptol.
Argenteus, fluv. est Galliç Narbonensis.
Argentoratum, vrbs Galliæ. Ptol. alio nomine Argentina. Vulg. *Strasburg.*
Argentum,mons Bęticæ,vnde Bætis effluit. Vulg.*Alcazar.*
§.Argenusa, insula non procul à Lesbo.
Argeos,vocabant scirpias effigies,quę per Virgines Vestales singulis annis in Tyberim proijciebantur. Fest.
Argestes, ventus est alio nomine Caurus dictus.
Argestis, ventus Occidentalis frigidus. Plin. lib.2.
Argestratus. *Tercero Rey de los Lacedemonios, reynò años* 35.
Argeus, mons omnium altissimus, qui semper in summo nives habet. Strab. lib.12.
Argeus. *Quinto Rey de Macedonia, reynò años* 38.
Argeus, 17.*Rey de Macedonia, reynò un año.*
Argeus, a, um, idem quod Argivus. Hor.lib.4.Car.
Argi, civitas in Italia, quam condidit Diomedes.
Argia,Adrasti Argivorum Regis filia,& Polinices vxor.
Argiæ, arum, opp. est Laconiæ.
Argidava, civitas est Daciæ. Ptol.
Argiæ, insul.sunt in ora Cariç regionis.
Argi,orum,civit.est eadem, quæ Argos.
Argila, vrbs est Cariç. Steph.
Argilus,vrbs Æmatiæ,haud procul à Strimeno, flu.
Argillæ domicilia sunt in quibus Cimmerij habitant.
Argiletum,locus ab Argo dictus,quod is convenerit, ibique sepultus sit.

Arginusæ, tres insulæ parvæ ante Asiam propè Lesbum.
Argiope, Nymphe nomen.
Argiphontes, dictus est Mercurius ab Argon, quod album & celerem significat.
Argiphontes, dictus est etiam Mercurium, quod Argum interemerit. Suid.
Argipæi, populi sunt vltra Sauromatas. Herod.
Argiripa,vrbs Apuliæ à Diomede condita, quem & Argi.
Argirusci, populi sunt Italiæ. Strab.
Argissa, Thessaliæ civitas propè Peneum. Volat.
Argivi, populi sunt Argorum habitatores.
Argo,navis longa,in qua Iason cum 54.Heroibus Thessalis in Colchum ad efferendum Vellus aureum navigavit.
Argo, quasi Argos, i, velox dicta.
Argo, alij dictam esse ab Argivis volunt. Cicer.
Argo dicitur prima fuisse navium anteà enim parvis naviculis vtebantur. Virg.Eclog.4.
Argonavis, signum cœleste, oritur pridiè Idus Mar.
§.Argonautæ, Heroes qui cum Iasone ad efferendum vellus aureum, in Colchum navigarunt.
Argolis, dis, regio est Peloponnesi.
Argolicus, sinus in Peloponneso Argolide. Vulg. *Golfo de Napoli.*
Argolicus, a, um, idem quod Argivus.
Argos, Pelasgicon, civit.est Thessaliæ.
Argopelaigos. *Llama Homero à los de Theassia.* (*na.*
Argos Inachium,quod Dipsium,id est,Troeze. Vulg.*Preda-*
Argos Hippion, civitas est Apuliæ Dauniæ.
Argos Hippion,civitas in Acria,non longè à Micenis.
Argos, Amphilochium civitas Acarnaniæ.
Argos Iasiuin, civitas est Peloponnesi.
Argos Oresticon, civitas est Epiri regionis.
Argos quædam regio, pars Gręciæ.
Argos dicta fuit omnis ora littoralis ab Argia matre Pelasgi, quæ eis imperavit.
Argos,canis nomen,qui fuit Vlysis.Hom. (fuit.
Argos, Agenoris equus, à quo Argos Iasonis civitas dicta
Argous, portus est in Ætolia. Strab.
Argulus,filius fuit Amyclatis,primi quadrigæ inventoris.
§.Argura, civitas Thessaliæ prius dicta Argissa.
Argus, Rex Argivorum, cui filius Apis fuit.
Argus filius Aristoris, qui oculos 100.habuit. Ovid.
Araus munitio alta iuxta Taurum montem.
Argynus,puer formosus Agammenoni charissimus submersus. Prop. lib.3.
§.Argyra, vrbs metropolitana insulæ Taprobanæ.
Argyra,civitas est Siciliæ,vnde Diod.Siculus natus.
Argyrinus, a, um, adiectiv. ab Argyra.
Argirini, populi Epitotici. Steph.
Argyrippa, civitas Apuliæ, quæ & Argos Hippion, & Argi dicitur.
Argyrondas, fluv. Ætoliæ propter argenteum aquæ colorem.
Argyrotoxo argenteum arcum ferens, quo nomine dictus est Apollo.
Argyres fluvius est Hyberniæ. Ptol.
Aria, antiquum nomen Thraciæ. Steph.
Aria, regio est Asiæ maioris propè Arianam.
Aria, vna ex Satrapijs Indiam terminantibus.
Aria regio, quam nunc vulgò *Turqueſtam* vocant.
Ariana, regio est Asiæ maioris propè Gedrosiam.
Aria, insula in Ponto Euxino. Pomp.
Ariabigenes,fuit Darij ex filia Gobriæ filius. Herod.lib.7.
Ariadve,sive Ariadus,filia Minois Græciæ Regis ex Paliph.
Ariadna, inter astra relata vocatur Corona Gnosia.
Ariamake, petræ iuxta Oxum fluvium.
Ariamenes, Xerxi frater.
Ariamnes fuit nobiliss.Armeniç civitas. Rotel.
Ariamnes,Arabum Princeps ad fallendum aptus. Plutarc.
Ariantas, Rex Scytharum. Rhod.lib.22. cap.10.
Arianus, poeta cuius carminibus Tyberium Principem delectarum fuisse Tranquillus scribit.

Ariaphites, Scytharum Rex, vt not. Tertul.
Ariartes, Cappadociæ Rex fuit Volat.
Ariaria, gens Cadusijs finitima, Steph.
Ariatis, nomen viri proprium, Tortellio.
Ariathera, vrbs præfectura Sargarausanæ in Cappad.
Ariassus, civitas Carbaię Pamphyliæ.
Aricanda, Mymiarum opp. iuxta Pamphiliam.
Aricandos, flu. in Lymiram Lyciæ influens.
Arichi, orum, pop. sunt in Sarmatia Asiatica.
Aricondas, fuit primus author tubarum in Gręcia.
Aricia, vrbs fuit in Latio in via Appia, Hodie *Rizza en Campaña de Roma.*
Aricia, puella fuit Attica Hippolyti vxor. Vir.
Aricia, æ, civitas est Hispaniæ, Ptol.
Aricinus, a, um, adiect. vt Aricinum aruum.
Aricinum nemus erat iuxta Aricia in vrbem.
Aricinus, lacus erat iuxta Ariciam vrbem, qui speculum Dianæ vocabatur.
Aricomisci, Galliæ Narbonensis pop. qui & Arecomici.
Aribum, opp. est Locridis regionis.
Aridices, Philosophus quidam, cuius meminit, Macro. lib. 7. Satur. cap. 3.
Ariæ nomen loci, 4. Reg. 15.
Arici, cap. 4. Isaię, accipitur pro civitate Ierusalem, in qua altare holocausti. In 43. vero Ezechielis altare holocausti significat. Est n. nomen viri. 1. Paralip. 11. & Num. 6.
Arienates, pop. sunt Vmbriæ, qui interierunt.
Arieni, pop. Asiæ fuerunt, qui periere, Plin.
Aries, cæleste signum primum in Zodiaco.
Arietis fons, promont. Tauricæ regionis.
Arihel, quidam putant esse Areopolim ab Idolo Martis, quod illic situm est, interp. Leodei.
Arij, pop. sunt vltra Iudiam.
Arij sunt Asiæ Scythiæ populi Herod. lib. 4.
Arigenæ, flu. Bituricensium in Gallia Lugdunensi.
Arimanius, Plutonis cognomen, apud Persas. (Luc.
Arimaspus, flu. est Scythiæ in Asia aureis arenis abundans.
Arimaspi, populi sunt in Scythia Asiæ versus Septentrionem, vnum oculum tantum in fronte habentes.
Arimaspi, pop. Scythiæ Europę, versos Aquilonis exortum, Plin.
§. Ariminum, vrbs Aquitaniæ in Gallia.
Ariminum, vrbs vetus in Flaminia iuxta Rubiconem. Vulg. *Rimeno.*
Ariminensis, adiect. incolæ Arimini, Hor.
Arimata, civitas est Syrię ad Euphratem fluvium.
Arimantis, vicus est in Cyrenaica regione.
Arimphęi, pop. sunt Scythiæ, qui Beccit victitant.
Arimphęi, pop. sunt Asiæ propè montes Riphęos.
Arimus, Rex Mysię, sive Meoniæ, Varron.
Arimi, pop. Syriæ, Homero celebrati.
Arina, opp. mediterr. Mauritaniæ Cęsariensis.
Arindela, pars quædam aut vicus Palæstinę, Steph.
Aripa, opp. mediterr. Mauritanię Cæsariensis.
Ariobarzanes, Cappadociæ Rex, qui Pompeio in Pharsalico bello favit.
§. Ariodunum civitas Bavariæ, vulg. *Erdling.*
Ariomardus, fuit Darij filius, Herod.
Arion, Methymnæus Citharædus, & poeta Lyricus.
Arion fuit equus iugalis Adrasi Argivorum Regis.
Arionius, a, um, adiect. vt lyra Arionia.
Aripron 9. Atheniensium Rex, regnavit annis 20.
Arisba, sive Arisbe, opp. Troadis in littore Rhetæo ab Achille eversum, Virg. 9. Æneid. & Lucan. lib. 3.
Aribe, vrbs Phrygiæ iuxta Pontum, Hom. Iliad. 2.
Arisbe, vrbs fuit Lesbiterræ motu subversa.
Arisbe, opp. est in Rhetœis littoribus, Luc.
Aribus, flu. in Thracia propè Cerebrensis, Steph.
Aristæus, fuit Apollinis ex Cyrene filia Pęnei Regis. Arcadiæ filius, mellis, & venationis inventor, Ovid. l. 1. Fast.
§. Aristadium, vrbs Turingię, Vulgò *Arustat.*

Aristagoras, fuit præfectus exercitus Darij contra Græces. Herod. lib. 5. (Herod. lib. 5.
Aristagoras, Milesi tyrannus, Dario rebellavit suasu Hystiæi,
Aristarchus, Grammaticus Alexandrinus, Suid. fuit discipulus Aristophanis Grammatici.
Aristarchos, vocamus aliorum scriptorum censores, Ovid. Ponto.
Aristarchus Tegrates poeta tragicus, Suid.
Aristarchus, alius Ephesi tyrannus, Suid.
Aristarchus, Macedo Thesalonicensis, Actor. 19. 27. Col. 5.
Aristea, insula in sinu Argolico, Plin.
Aristeas Proconnesus genere verificator, Suid.
Aristides, Philosoph. Atheniens. nobilitate, & iustitia insignis fuit.
Aristides, alius Rhetor, & sophista Philost.
Aristides, item Thebanus fuit pictor Apellis tempore.
Aristides, orator Atheniensis, cuius multæ extant orationes.
Aristides, Atheniensis Philosophus Christian. Hier.
Aristippus Cyrenæus, fuit Philos. Socratis auditor.
Aristippus, Metrodidactus, huius ex filia nepos. Cic.
Aristippęus, a, um, adiect. ab Aristippo.
Aristo, onis, fuit Platonis pater.
Aristo, Philosophus Cynicus Zenonis auditor, Cicer.
§. Aristobulus pater SS. Apostolorum Iacobi, & Ioannis.
Aristobulus, nomen proprium Iudæorum Regis.
Aristobulus, Iudęus expancade vnus fuit ex, LXVII. Bibliorum interpretibus, Euseb.
Aristobolus, alter Iudæus scripsit res gestas Alexan.
Aristobolus, pictor ratione Syrus, Plin.
Aristocleus dictus est Plato exavi pater in nomine, postea autem ob humerorum lato appellatus.
Aristocles, Lampsacenus Philosophus, Suid.
Aristocles, Magarensis, sophista scripsit de Rhetorica, & alia nonnulla, Suid.
Aristocles, Orchomeni tyrannus.
Aristodemus Nisęus, filius Manecrates, Aristarch.
Aristodemus, alius, qui magni Pompeij filios erudivit.
Aristodemus, auctor est fabularum, Gel. lib. 11. cap. 9.
Aristogenes Thasius, medicus scripsit libros in medicina ad Antigonum Macedo, Regem Suid.
Aristogenes, Gnidius medicus servus Chrysippi, Philipp.
Aristogiton, orator fuit Atheniensis impudens, Suid.
Aristogiton Harmodius liberator tyrannidis Pisistrati.
Aristolaus, Pausiæ discipulus vnus è severissimis pictoribus, Plin.
Aristomache soror Dionysij tyranni.
Aristomache, nomen prop. vxoris Dionysij.
Aristomachus, viri proprium, qui amore apud vltra modum flagravit. Plin. lib. 14. cap. 19.
Aristomachus alius, qui de arte vini scripsit. Plin. Suid.
Aristomenes, viri Atheniensis comici proprium.
Aristomenes nomen Messenij viri, quem iustissimum vocat Hieron.
Ariston, sculptor, cuius meminit, Plin. lib. 34. cap. 8.
Ariston, Iurisconsultus quidam doctissimus, Gellio.
Aristonicus, Grammaticus Alexandrinus scripsit in Theogoniam. Hesiod.
Aristonicus, eunuchus Ptolemæi, Dux belli fortiss.
Aristonidas, nomen statuarij, Plin. lib. 34. cap. 14.
Aristonides, pictor de quo Plin. lib. 15. cap. 11.
Aristonymus, poeta comicus sub Philadelphis.
Aristopatra, mater Crateri cuiusdam, qui sub Alexandro militavit, Strab.
Aristophanes, poeta comicus Rhodius lege Atheniensis docuit fabulas 54. Suid. eius extant. 11.
Aristophanes, alter Bizantius Grammaticus, Apellis filius Callimachi discipulus, Suid.
Aristophanes, a, um, adiect. vt Aristophaneus versus.
Aristophon, nomen pictoris est, Plin. lib. 35. cap. 11.
Aristophontanes, quasi optimatum occisor.
Aristor, Chrotopi fuit filius, & pater Argitentoculi.

§. Ari-

§.Aris ridis, Argus Filius Aristotis.
Aristoteles, Stagirites Philosoph.Platonis auditor.
Aristoteles, Philosophorum pręcipuus, Peripateticorum Princeps.
Aristotelicus, a, um, & Aristotelius, a, um, adiectiva.
Aristoxenus, Tarentinus Philosophus,& Medicus,nobilissimus.
Aristoxenus, alter Cirenæus in hortorum cura valdè delicatus fuit.Suid.
Arius,flu.est Arabiæ regionis Bactrianis contermineę.
Arius, Scythiæ populus est. Luc.lib.3.
Aria, locus est Magorum montibus clausus.
Armatica, civitas est in Iberia Asiatica.
Armachet, alio nomine Euphrates fluvius est. Plin.
Armausara, civitas Armeniæ maioris. Ptol.
Armena,civitas est Galatiæ regionis.Ptol.
Armenia, Regio Asiæ inter Taurum, & Caucasum montes sita.
Armenia est duplex. Plin. maior, & minor.
Armenia maior, regio est confinis Colc.à Septentrione.
Armenia minor, regio contermina maiori.
Armeniacus,a,um,aliquis ex Armenia, vt Armeniaca mala.
Armeniæ Pylæ, quas submittit Taurus mons.
Armenium, civitas propè Bœbeidem lacum.
Armenius, mons est ab initio Hircanię. Steph.
Armenochalybes, populi mixti ex vtrisque.
Armedon, onis, insula est propè Cretam.
Armeniæ, populi sunt Lybiæ interioris. Ptol.
Arminius,Germanorum Cheruscorum Dux tempore Æmilij Lepidi Consulis. Cornel.Tacit.
Armistæ, populi fuerunt Liburniæ regionis.
Armoricę,pro Aremoricę,civ.Cæsari. *Por toda la Bretaña.*
Armozica, civitas propè Cyrum fluvium.
Armoxon, Carmaniæ regionis promont. Ptol.
Armusa, civitas est Acarnaniæ regionis Epiri.
(Armusæ) civitas est Acarnaniæ regionis. Ptol.
Armusum, Acarnaniæ regionis promont.
Arna, civitas est Vmbrorum in Italia. Plin.
Arna, civitas Lyciæ, Xantus posteà dicta. Steph.
Arnea, parva civitas Lycię. Steph.
Arnates, pop.Vmbrorum ab Arna. Plin.
Arne, civitas est iuxta sinum Maliacum. Plin.
Armissa,civ.est Taulantiorum Macedoniæ.
Arnoba,Plin.Abnoba.Ptol.Arbona Tacito,mons, ex adverso Tauri.
§.Arnobius,Rhetor Lactantij magister.
Arnus,flu.est rapacissimus Hetruriæ. Vulg.*Arno.*
Arnus,flu.Mœotidem ab Armoriade dividens.
Arnus, alius est apud Vasconas.
Arnutæ, pop.Gallię Lugdunen. ad Sequanam.
Aroceæ, pop. Lybiæ interioris. Ptol.
Arocha, flu.Locrorum in ora magnę Græciæ.
Aroe, civitas Achaiæ, quæ posteà dicta *Patras.*
Aroerni, gens bellicosa Gallorum. Steph.
§.Aroma, vrbs Æthiopiæ.
Aroma, atis, vrbs Cappadociæ in Asia minori.
§.Aroma, vrbs Lycię.
Aromata, tum, promontor. & emporium Avalitæ sinus in Æthiopia sub Ægypto.
Aropus, civitas quæ antea Rhaga dicebatur.
Aroteres, Scythiæ pop. sunt Thracię regionis.
Arotrebę, pop.sunt Galiciæ in Hispan.
Arotia, quondam dicta sunt, quæ postea Cretina.
Arpani, pop.Hirpinarum in Italia.
Arpandes, Ægypti pro Cambyse Præfectus. Herod.
Arpij, pop. sunt Mysiæ inferioris. Ptol.
Arpi,vrbs Apuliæ primo Argipos post Argiripa dicta.
§.Arpina, filia Asopi, item vrbs ab eadem dicta.
Arpinum, vrbs Volscorum in Latio Ciceronis patria.
Arpinates, pop.sunt Arpini incolæ.
Arrha, opp. est Arabiæ Felicis. Ptol.
Arrapachitia, pars Assyriæ iuxta Armeniam. Ptol.
Arrapa, civitas est Assyriæ. Ptol.
§.Arrhentia, civitas Italiæ.
Arribantium, opp. Mysię superioris, Ptol.
Arrichi, pop. sunt ad paludes Mæotides.
Arrholus, civitas est Bysaltiæ in Macedonia.
Arrholus, promont.est in Peloponneso.
Arria, Romana mulier, quæ seipsam gladio confodit.
Arrianus,Poeta cuius carminibus Tyberius Princeps valdè delectabatur. Suet.
Arrianus è Nicomedia scripsit res gestas Alexandri Magni.
Arrius, familiaris fuit Ciceronis. Hor.
Arrius,Alexandrinus Philosophus Augusto gratus. Plut.
Arrius, Alexandrinus Arrianæ sectæ auctor. Rufin.
Arsa, opp.est Tudertanorum in Bætica regione. Ptol.
Arsaces fuit postremus Persarum ex Parthis Rex, à quo omnes Persidis Reges dicti fuere Arsacidæ. Serv.
Arsacia, prius Aropus vrbs est in Media. Ptol.
Arsanea, vrbs Germaniæ. Ptol. Vulg. *Cleppern.*
Arsanias, flu.Armeniæ in Euphratem fluens.
Arsanus, alter fluvius in eundem influens.
Arsanata, orum, civitas est Armeniæ maioris. Ptol.
Arsenaria,Mauritaniæ Cæsariensis colon. Ptol.Vulg.*Arzen.*
Arsia, Hetruscus sylva fuit Romana, cum Veienti pugna celebris.
Arsicina, vrbs Germaniæ. Ptol. hodie Bruna.
Arsicoras, Sardorum Rex tempore Annibalis. Liv.
Arsince,aliquando dicta fuit Ephesus. Steph. Vulg.*Foglie.*
Arsinoe, fuit filia Ptolomæi Lagi filij, & Lysimachi Macedoniæ Regis vxor.
Arsinoe, pop. sunt Sarmatiæ Europæ. Ptol.
Arsinoe,vrbs Cyrenaicę regionis. Ptol.Vulg.*Trocara.*
Arsinoe, oppidum in littore sinus Arabici Vadian. Vulg. *Suezia, puerto del mar Roxo.*
Arsinoe, opp. est Cypri insulæ. Ptol.
Arsinoe, pop. est in Ægypto. Ptol.
Arsinoites, Nomos præfectura est Ægypti. Ptol.
Arsinoe, opp. est Sicilię. Strab. & Ptol.
Arsinoe, opp. Ætholiæ. Strab.
Arsinoitica prefectura est Arsinoites.
Arsia, est terminus longitudinis Italiæ.
Arsiosa, palus Armeniæ maioris est.
Arsinus, Argivorum flu. qui & Absorus dicitur.
Arsinus, lacus est nitrosus propè Tigrim.
Arsomosata, civitas est Armeniæ maioris. Ptol.
Arsenium, vrbs Germaniæ. Ptol. Vulg.*Prinsiniza.*
Arsisaca, civitas est Mediæ mediterranea. Ptol.
Arsysia, Regio Psyrorum, & Chij. Steph.
Aria, locus vbi postea Lebedos fundata.
Artabanus, filius Histaspis,& frater Darij Persarum Regis.
Artabazes, Armeniæ Rex filius Mithridatis. Plut.
Artabicia inter insulas Propontides, Step.numeratur.
Artabri,pop.Galecię in Hispan. *(finis terra.*
Artabum eius loci promontorium, Pomponio. Vulg. *Cabo*
Artaca, mons arboribus plenus in Cizenorum insula.
Artacetes, vrbs Melisiorum Colonia in Asia. Strab.
Artace, castellum Bithyniæ. Ptol.Vulg.*Carpi.*
Artacena, Regio est Syrię. Strab. lib.16.
Artachæas, fuit Dux in exercitus Xerxis. Herod.
Artageras, proprium est Syri hominis. Strab.
Artanes Sophenus, Rex Armenię. Strab. lib.11.
Artanes, flu. in Istrum defluens. Herod.
Artaphernes,fuit vnus ex Ducibus Darij. Herod.
Artaunum vrbs Germaniæ, Ptol. hodie Herbipolis. Vulg. *VVirizburg.*
Artaxa,Rex Armeniæ, à quo ducebat originem Tigranes.
Artaxata,orum,Metropolis Armeniæ Syra. Vulg.*Cobi.*
Artaxiasata, vrbs item Armeniæ, sic à conditore Artaxis appellata. Strab.
Artaxerxes,filius Xerxis Rex Persarum,Iustin.
Artaxerxes,Longimanus dictus fuit,& alio nomine, Assuerus.
Artaxerxes, alius Cyri iunioris frater,cognomento Menon.
Arteatæ, fuerunt gentes Persicæ. Herod.
Artembatos fuit vir clarus apud Medos. Herod.

Artemidorus, Gniduus Romæ Cretæ disciplinæ præceptor fuit Bruto familiaris. Plut.
Artemidorus Daldianus, scripsit de interpretatione somniorum. Suid. qui extant.
Artemis, Diana sic dicta, quasi aerem secans. Strab.
Artemisia, Regina Halicarnassi Mausoli Cariæ Regis vxor. Suid.
Artemisium, promont. est Eubœę. Suid.
Artemisium, est quoque Dianę simulachrum. Suid.
Leucæ, inſ. quinque ſunt non longè à Lesbo inſ.
Leucænape, villa eſt Marmarici Ægypti. Ptol.
Leucæthiopes, pop. ſunt Libyę interioris. Ptol.
Leucagus, vir interfectus excuſſus curru. Virg.
Leucariſtos, opp. eſt Germaniæ magnę. Ptol.
Leucas, civ. Phœniciæ prius dicta. Steph.
Leucas, inſ. eſt adiacens Epiro, Pomp. lib. 2.
Leucas, item promont. Acarnanum in Epiro.
Leucaſia, inſ. eſt in mari Tuſco. Plin. lib. 3.
Leucaſpius, portus in Marmarica Ægypti. Ptol.
Leucaſpis, vir Troianus cum Ænæa in Italiam navigans, procella obrutus. Virg. lib. 6.
Leucata, littus, ſive ora, locus Provinciæ Narbon.
Leucates, promont. eſt Epiri mare intrans.
Leucates, mons, Virg. Leucatæ nimboſa cacumina montis.
Leuceactæ, id eſt, album littus in Marmarica Ægypti.
Leuce, inſ. parva, quę & Achillæa, circa Boryſthenem, quæ & Marcaron appellata.
Leuce, inſ. eſt prope Cretam, Plin. lib. 4. cap. 12.
Leuce, pop. Galliæ Belgicę prope Lingones. *Donde oy ſe halla la Ciudad de Toul, en el Ducado de Lorena.*
Leuci, eſt albi, montes ſunt Cretæ inſulæ. Ptol.
Leuci Camini, vicus Marmaricæ Ægypti. Ptol. (raptæ.
Leucippides, id eſt, filiæ Leucippida, à Caſtore, & Polince
Leucippus Philoſophus, qui omnia pleno, & inane conſtare dixit Cic. Tuſc. lib. 4.
Leucogei, fontes inter Puteolos, & Neapolim. Plin.
Leucogei, item colles inter Puteolos, & Neapolim, Plin. Vulg. *Limera.*
Leucola, promontorium Pamphyliæ contra Cyprum. Plin.
Leucola, portus eſt quidam Cypri inſul. Plin.
Leucolithi, pop. ſunt Ciliciæ regionis. Plin. lib. 5.
Leucon, Africæ locus eſt. Herod. lib. 4.
Leucon, Rex Ponti, à fratre Oxilocho interfectus.
Leuconis, lacus Bœotiæ, qui aliàs Copeas, vel Copæa.
Lecones, opp. celebratum in Ægypto. Ptol.
Leucopatra, promont. eſt Brutiorum in Italia. Ptol. Vulg. *Cabo de le Arme, ò Spartamento en Calabria.*
Leucopetra, locus eſt in Arabia. Plin.
Leucopalis, locus eſt Doridis regionis. Plin. lib. 5. cap. 29.
Leucoſia, inſ. contra Pæſtavum ſinum mari Thyrreno Lucanię adiacens. Strab. lib. 6.
Leucoſyri, pop. Cappadociæ. Ptol.
Leucoſyria, prius, nunc Cappadocia dicitur. Strab. lib. 1.
Leucuſyrus, fluv. Ciciliæ Pyramus poſtea appellatus. Steph.
Leucothea, Aurora dicta, quaſi alba Dea, Cicer.
Leucothea, inſula adiacens Italię prope Caſtreas. Plin.
Leucothea, fons eſt Sami inſulæ. Plin. lib. 5. cap. 13.
Leucothoe Orchani, & Eurymonis filia à Phœbo adamata. Ovid. 4. Metam.
Leuctra exiguus pagus agri Theſpienſis. Plaut.
Leuctricus, a, um, adiect. vt pugna Leuctrica. Cicer. 2. Offic.
Leuctrum appellat Strab. locum Thraciæ.
Leucus, fluv. eſt Aſſyriæ. Ptol.
Leugæſo, civitas eſt Armeniæ minoris. Ptol.
Levi, nomen Patriarchæ, à quo Levita, ſeu Levites.
Leviathan, dictio Hebræa, qua ſignificatur draco, vel ſerpens.
Levinus Ibernus, Scotorum Archiepiſcopus martyrio clarus homilias aliquas reliquiſſe fertur, clarsit ann. 1007. Poſlevinus.
Leuti, pop. Vindeliciæ. Ptol.
Leuni, pop. ſunt Hiſpenię citerioris. Ptol.
Leucone, pop. ſunt Scandię in Germania.

§. Leuphana, oppidum Germaniæ. Vulg. *Hanopher.*
Leuternij, pop. sunt Italiæ. Strab. lib. 6.
Leutra, sive Leuctra, opp. est Bœotiæ.
Leutra, opp. quoque Laconiæ.
Leutychides, vir Lacedæmonius, inimicus Demarathi.
Lexovij, pop. sunt Galliæ Lugdunensis. Ptol.
Lexovij, Galliæ Lugdunensis vrbs. Ptol. Vulg. *Lisieux.*

L. ANTE I.

Lianum, civ. est Sarmatiæ Europæ. Ptol.
Liba, æ, insula est in mari Indico.
Libana, vrbs Syriæ iuxta Atras. Steph.
Libanius, sophista Antiochenus, tempore Iuliani apostatæ, hic argumenta edidit in orat. Demost.
Libænophora, regio est Arabiæ Felicis. Ptol.
Libanorhus, ventus inter Libam, hoc est Africum, & Notum
Libanus, mons est inter Arabes, & Phœnices. Strab.
Liba, civ. est Celtiberum in Hisp. Ptol.
Libarna, civ. est Gallicæ Togatæ. Plin. lib. 3. Vulg. *Incisa.*
Libentina dea, Venus, seu Proserpina, à libidine.
Liber dicitur Bacchus, quod curis nos liberet. Ser.
Liber interdum ponitur pro ipso vino, sicut Ceres pro frumento, Terent. Sine Cerere, & Baccho friget Venus.
§. Libera, dicitur Proserpina Bacchi sor.
Libera, civ. Bœotiæ est, quam Bacchus condidit.
Liberalia, Liberi festa, quæ Græcis dicuntur Dionysia.
Liber, dicitur Sol, quia liberè per aerem vagatur.
Liberia, Hisp. Bœticæ. Vulg. *Granada.*
Liberini, qui Eliberi, pop. Hisp. Bœticæ. Plin.
§. Liberius, Pontifex Romanus, ann. 351.
Libertas, apud Romanus Libertatis dea dicebatur.
Libetra, sive Libethros, fons Magnesiæ, vnde Musæ Libethrides. Plin. lib. 4. cap. 9.
Libertas, spelunca in eodem loco, vbi Libethros fons est.
Libethrus apud Licophonem mos est Macedoniæ.
Libirina dea libidinis, quam alij Venerem, alij Proserpinam dixere, August.
Libo, onis, Romanus civis, cuius meminit. Horat.
Libocus, fluv. est Iberniæ insulæ. Ptol.
Libera signum cœleste, quod 13. Kalend. Octob. æquonoctium facit.
Libunca, oppid. est Hispan. Ptol.
Liburnia, regio est inter Illyridem, & Dalmatiam. Vulg. *Esclavonia, Croacia.*
Liburni, pop. eius regionis incolę.
Liburni, sive Illyrij, sub extremis Alpium radicibus agunt.
Liburnides, insulæ sunt contra Liburniam sitæ. Plin.
Liburnus, portus Thuscorum. Ptol. Vulg. *Livorno.*
Libya, dicta est ea Africæ pars, in qua Labya Epaphi filia habitavit.
Libya, quæ nonnunquam ponitur pro tota Africa.
§. Libyas, adis, oppidum Iudææ conditum ab Herode iuxta Iordanem.
Libys, & Libyssa, vir, & mulier ex Libya orti.
§. Libyssa, oppidum Libyæ, item oppidum Bithyniæ, vbi mortuus Annibal.
Libysinus, a, um, res ad Libyam pertinens.
Libystinus, a, um, à Libya, vnde Apollo Libystinus.
Libystinus, Apollo dictus, ab his, qui Pachynum Siciliæ, prom. incolebant.
Libystini, pop. Colchis vicini. Steph.
Libystos, Scytharum oppidum iuxta Danubij ostia.
Libysis, idis, à Libya in formas patronymici byssus, Romæ campus dictus, quod in eo primum fructa est.
Liges ex Libya allatę sunt.
Libyssus, & Argæus campus, posteà vicus Thuscus dicta est.
Libyx autem Libycis facit à quo genitivo fit.
Libycus, a, um, possessivum à Libya, vnde ora Libyca.
Libya, palus in Africa propria celebratur. Ptol.
Libycis, idis, vrbs Iudææ ab Orientali parti Iordanis.
Libyarche, pop. sunt in Marmarica Præfectura. Ptol.
Libyæthiopes, pop. mixti ex Libycis, ac Æthiopibus.
Libyas, civ. Iudææ ab Oriente Iordano. Ptol.
Libyda, cognomine Clausa, opp. Bœticæ. Plin.
Libyphœnices, pop. qui Pizeium Africæ incolunt.
Libysoca, opp. Hispan. conventus Carthag. Plin.
Libyssa, opp. est Bithyniæ nota, sepulcro Annibalis.
Libystos, opp. est Thraciæ. Plin. lib. 4. cap. 11.
Licates, pop. sunt in Alpibus siti, Plin. lib. 3. cap. 20.
§. Lichades, tres sunt insulæ in mari Eubæo.
Lichas, nomen viri, qui Herculem secutus est. Fest.
Lichimbus, vrbs Siciliæ, gentile Lichidindinus. Steph.
Licianus, poeta Martiali coætaneus, & conterraneus.
Licinia, opp. est Hispaniæ. Ptol.
Lieneni, pop. sunt Corsicę insulæ. Ptol.
§. Lictrimia, comitatus Conaciæ in Ibernia.
§. Liffeus, fluvius Lageniæ in Ibernia.
Ligarius, quidam Romanus, pro quo orationē habuit. Cic.
Ligarianus, a, um, Cicero Ligarianum, vt video præclarè tua auctoritas commendavit, id est, orationem.
Liger, Ligeri, viri proprium. Virg. lib. 10. Æneid.
Liger, eris, fluv. est Galliæ Lugdunensis. Ptol. Vulg. *Loire.*
Ligia, insul. dicta ab vna Syrenum.
Ligilla, nomen est vetulæ apud Martialem.
Liguria, regio est Italiæ Alpibus finitima. Vulg. *La Provincia de Genova.*
Ligurimas, sive fœmina ex Liguria regione.
Ligures, pop. sunt vltra, & citra Alpes.
Ligus, uris, commun. gen. nomen gentile à Liguria. Prisc.
Ligusticum mare dicitur, quod est, è regione Liguriæ.
Ligusticus, a, um, res ad Liguriam pertinens.
Ligya, vna est Syrenarum.
Ligyes, pop. Asię, qui cum Xerxe contra Græcos militarunt. Herod.
§. Ligustina, civitas iuxta Tharsum.
§. Ligysthus, Phaetontis filius.
Lilæa, opp. iuxta quod Cephisus fluv. erumpit. Plin.
Lilæa, opp. est Ætolię in Peloponneso. Ptol.
Lilæa, fons est in Phocide apud Homer. 2. Iliad.
Lilandus, fluv. est Eubœæ insulæ. Strab. lib. 10.
Lisbyęum, opp. & prom. Siciliæ. Vulg. *Marsala.*
Lilybæus, a, um, & Lilybetanus, a, um, adiect.
Limeneium, locus est in Lydia. Herod. lib. 1.
Limena, civ. est in Cypro insul. Strab. lib. 14.
Limenotis, Chersonnesus Celtica. Steph.
Limentinus, putabatur Deus, qui liminibus præesset.
Limia, fluv. est Gallıciæ cognominatus Lethes.
Limicorum forum, opp. est Hisp. Ptol. Vulg. *Ponte de Lima.*
Limiosalcum, opp. est Germaniæ. Ptol.
§. Limiricum, civitas regia, maritima, caput comitatus, ac Sedes Episcopalis Momoniarum in Ibernia, civium multitudine ac nobilitate, aeris temperie, telluris fertilitate, ac Sinneni fluminis irrigatione ditissima.
Limne, vrbs Hellesponti circa Sestum. Steph.
Limnea, vicus in Argo. Steph.
Limnoria, Nympha à cura lacus sic dicta.
Limnus, insula est inter Britanniam, & Iberniam. Ptol.
Limoniades, Nymphæ sunt florum, & pratorum. Arist.
Limonium, opp. Pictonum in Aquitania. Vulg. *Limo.*
Limonici, pop. Aquitaniæ post Pictones. Vulg. *Limosines.*
§. Limyra, oppidum, & fluvius Lyciæ.
Lincasij, pop. sunt Galliæ Lugdunensis. Strab. lib. 4.
Lindos, opp. est Rhodi insulæ. Pomp. Vulg. *Lindo.*
Lindum, civ. est Britaniæ insulæ. Ptol. aliter Lincoliana, & Lyndecolinum. Vulg. *Lincol.*
Lindum, alia, civitas est Britanniæ insulæ. Ptol.
Lineum, opp. est in Peloponneso. Strab.
Lingones, pop. sunt Galliæ Belgicæ. Vulg. *Langres.*
Lingonicus, a, um, adiect. Mart. Claud.
Linterna, palus iuxta Linternum, Vulg. *Lago de la patria en tierra de Lavoro.*
Linternum, vicus Campaniæ Scipionis Africani morte, & sepulchro nobilis, Silio lib. 8. *Donde oy se halla torre de la patria.*

Linternius,a,um,& Linternus,a,um,adiect. Suid.
Linternus, fluv. Campaniæ, non longè à Vurtumo fluvio, & opp. Boccat.
§.Lintrium,oppidum Norici iuxta Danubium.
§.Linus,Romanus Pont.ann.57. (Regis filia.
Linus, filius Apollinis ex Piammate Crotopi Argivorum
Linus, aiijs Apollinis Terpsicores filius, Serv.
Linus item Hypermestræ maritus Ægypti filius.
Linus,fons in Arcadia regione. Plin.lib.31. cap.2.
Linx,fluvius,& vrbs Mauritaniæ. Steph.
Lipara,insf.iuxta Siciliam, vna ex 7.Æolijs.
Lipara,ab Æolo condita dicitur,Diod.lib.5. (xit.
Liparæ,nomen dedit Rex Liparis, qui eam ante Æolum re-
Liparæi,dicuntur incolæ omnium, in communi adiecto loci vocabulo.
Liparitanus,a,um,sive Liparensis à Lipara insula.
Liparis,fluv.est Ciliciæ regionis Asiæ, Vitruv.
Lipixus,vrbs est in regione Cressæa, Her.lib.7.
Liquentia,fluv.& portus Venetiæ regionis, Vulg.*Livenaa.*
§.Liraghia territorium Lageniæ in Ibernia, Vicecomitis titulus.
Lircæ, populi sunt Scythiæ,ex Venatu victitantes, Herod.
Lircium,opp.est in Peloponneso, Strab.
Liria,fluv.est Provinciæ Narbonensis, Plin.lib.3.
Lirimiris,vrbs est Germaniæ magnæ, Ptol.
Lirio, Nympha Oceani, & Tethyos filia, Ovid.
Liris, fluv. est Campaniæ Miriturnas præterlabens, Vulgò *Gerillano*, vndè.
Lirinates,pop.Liris fluvij accolæ.
Limpta,vrbs Pamphyliæ, Steph.
Lisculasa,opp.Bœticæ, conventus Gaditani.
§.Lismoria,civ.Episcopalis Momoniarum in Hibernia, insigni quondam Academia,ac S. Cathaldo Iberno Doctore,Episcopo, ac Patrono Tarentinæ civitatis celeberrima.
Lissa,opp.est Iacetanorum in Hisp. Ptol.
Lissa,quæ Lixa,opp.est Mauritaniæ Cæsar. Ptol.
Lissa,insf.est in mari Illyrico, Antonino.
Lissum,opp.Romanorum civium in Liburnia,Vulg.*Alesio.*
§.Lissus, fluvius Thraciæ.
Lissus,opp.est Cretæ insulæ, Ptol.
Lista,oppidum fuit in Italia antiquum,Dionys.Halicarnas.
Lithæus,fluv.est Cretæ insul. Ptol.
Lithesius Apollo in Malea, quod ibi in lapide collocatus sit, Steph. (tens.
§.Lithuania,Sarmatiæ pars Poloniæ coniuncta, quæ & Lu-
Litus,fluv.est Thraciæ inter Mesembriam,& Sirymonem.
Litra,mons Galliæ Sequanos,& Helvetios separans.
Livij,pop.sunt Provinciæ Narbonensis. (scripsit.
Livius, historicus Patavinus, res gestas Rom.miro artificio
Livius Andronicus, Livij Salinatoris libertus. Eus.
§.Livonia,Sarmatiæ pars citra Lithuaniam.
Lix,sive Lixa,vel Lissa,oppidum Mauritaniæ Tingitanæ.
Lixus,fluv.est Mauritaniæ, Plin.lib.5. cap.1.

## L. ANTE O.

Lobetum,& Lobetani,pop.sunt Hisp. Ptol.
Lobrini, montes in Phrygia sunt, vnde Rhea Lobrina Scholiastes Nicandri.
§.Locanus,civ.Locti ensium in magna Græcia.
Locanus,fluv.est in ora magnæ Græciæ,Ptol. Vulg.*Sagriano en Calabria.*
§.Lochias,promont.Ægypti iuxta Alexandriam.
Loconitum,opp.est Germaniæ,Ptol.hodie Trutonia, Vulg. *Forcheum, en Franconia.*
Locris, Regio est contermina Phocidi.
Locri, eius regionis populi.
Locri Ozole,pop.in Achaia sic dicti à malo odore.
Locri Epizephyrij,pop.in magna Græcia, Plin.
Locri Epignemidis prius,qui postea Epizephyrij.
Locresins, e,res ad vtrosque pertinens.
Locrenses,qui trans Eubœam incolunt populi.
§.Loeus,civit.Magnæ Græciæ.
Locustà, venefica fuit Neroni grata, ex Gallis evocata, de qua Dion. Historicus.
Lœmium,Apollinis cognomen,ipsi à Lydis impositum.
Logi,pop.sunt Britanniæ insulæ, Ptol.
Logia,fluv.est Iberniæ insulæ, Ptol.
Londinium, opp.est Britanniæ insulæ, Ptol. hodie Londinum,Vulg.*Londres.* (tis.
§.Londonderria, opp.Vltoniæ in Ibernia, & titulus Comi-
Londoris,insul.est adiacens Lusitaniæ, Ptol.
Longa Alba, vrbs in Latio, quam Ascanius ædificavit, de qua Virg. lib. 8.
Longididini,pop.sunt Germaniæ, Ptol. (minati.
Longobardi,pop.sunt Germaniæ,sic à longis barbis cogno-
Longobardorum Regnum in Gallia Cisalpina fuit.
Longonæ, vrbs Siciliæ, Steph.
Longula,opp.fuit Latij,quod interij,vnde.
Longulani,pop.ab eodem oppido Longula, Plin.
Longum,prom.est in Sicilia insul. Ptol.
Longus,fluv.est Britanniæ insul.Ptol. (*dusa.*
Lopaducta,insf.iuxta Thaspum Lybiæ,Steph. Vulg. *Pampi-*
Lopsida,civ.est in Illyrico, Ptol.
Lorcitani,pop.Hisp. conventus Carthaginens.
Lorini,pop.sunt Lydiæ,conventus Sardiniæ.
Loryma,locus est in Caria, Strab. & Plin.lib.5.
Lors,insf.circa Thessaliam insularis, Lous Steph.
Lorscordia,caput est gentis Illyricæ, Flor.
§.Lotharingia,Galliæ regio, Vulg.*Lorena.*
Lotoa,insul.est adiacens Epiro, Ptol.
Lotos,sive Loris, idis, Nympha Neptuni filia, quæ Priapum fugiens,in arborem sui nominis versa,vnde.
Lotophapi,pop.Africæ propriæ, Ptol.
Lotophagitis,insf. est Africæ propria, adiacens Lotophagis, Vulg.*Celves.*
§.Louthia,opp.ac titulus Baronis Vltoniæ in Ibernia.
§.Loxa,fluv.in Anglia, Vulg.*Firth.*
Loxias, dictus est Apollo propter obliqua, & tortuosa responsa,vel quod Sol Zodiacum obliquè pergeret.
Lovanium,civit. & Academia, nobilis Brabantiæ in Belgio, Vulg.*Lovaina.*

## L. ANTE V.

Lubanci,pop.sunt Hisp. Ptol.
§.Lubecum, civ.magna Saxoniæ.
Lubia,sive Lubica,civ.est citerioris Hisp.inde.
Lubienses, sive Lubenij,pop.ab eadem Lubia.
Luca,civ.Hetruriæ, sive Thusciæ in Italia, vnde.
Lucenses, pop.dicti, qui Lucam habitant.
Lucania, Italiæ regio,inter Apuliam, & Calabriam, Vulgò Basilicata, vnde.
Lucani, pop. ex eadem Lucania.
Lucanus Cordubensis patria, poeta egregius, Senecæ tragœdiarum scriptoris nepos.
Lucenses,pop.sunt Hispan. sic dicti à Luco Augusti.
Lucensis,conventus citerioris Hisp.est Ptol.
Lucentium, sive Lucentia, opp. citerioris Hispaniæ, Ptol. Vulg.*Susana.*
Lucentia alia Hisp.citerioris, Romanorum colonia, Pomp.
Lucensij, pop.sunt Hisp. à Lucentia.
Lucensij, pop.sunt Hisp.
Luceres, sive Lucrenses, tertia pars pop. Romani, temporibus Romuli, Serv.
Luceria,opp.est Apuliæ Danniorum, Plin.lib.5. cap.11.
Luceris,Ardeæ Rex,qui auxilio fuit Romulo contra Tacium.
§.Lucerna, Helvetiorum civitas.
Lucetius,dictus est Iupiter,à Luce quam hominibus præstare putabatur, &c.
Lucetia Iuno, quod Lucis causa sit.
Lucifer (secundum poetas) filius fuit Iovis,& Auroræ.
Luciferi templum,opp.in Hisp.Bætica, Strab.lib.13.
Lucij Omani,pop.in Germania magna.
Lucillus,poeta primus apud Romanos, cœpit Satyras scribere, Quintil.

Lucina, dicta Iuno, quod partum in lucem ferat, vel.
Lucina, quod oculis præsit, & luci. Plin. lib. 16. cap. 44.
Lucinam alij à Luco deducunt, qui Romæ, Iunoni sacer est.
Lucinæ, civ. & eius templum ponitur in Ægypto. Strab.
§. Lucius, Romanus Pontifex, anno 253.
§. Lucius II. Romanus Pontifex, anno 1144.
§. Lucius III. Pontifex Rom. ann. 1181.
Lucius prænomen eius, qui primus apud Romanos oriente luce natus fuit.
L. Ostius Romanus, qui patrem suum proscriptum, vt eius bona acciperet, latentem prodidit. Plut.
Lucopibia, opp. est Britanniæ insul. Ptol. Vulg. *Loquaber.*
Lucretia, opp. Parisiorum Galliæ Lugdunens. Ptol.
Lucretia, matrona nobilis Romana, castitatis præcipuum lumen, de cuius vide Livium.
Lucretilis, mons est in Sabinis, Horat. lib. 1. Carm.
Lucretius poeta, Terentio, Varrone, & M. Tullio, paulò antiquior scripsit 6. lib. de nat. rerum.
Lucrinum, opp. est Danniorum in Apulia, Strab. lib. 6.
Lucrinus, & Avernus, lacus vterque in Baiano sinu piscibus abundans, Serv. 2. Georg.
Luctatius Catullus, civis Romanus, qui 600. Pœnorum naves inter Siciliam, & Africam depressit.
Lucidonesij, pop. sunt Sardiniæ insulæ, Ptol.
Lucullus, nobilis Rom. qui præclaras res gessit.
Lucullous, a, um, adiect. vt Lucullum marmor.
Lucumo, vici nomen, à quo Lucumedi dicti, qui posteà Lucunenses, vel Thusci, Varr.
Lucumorij fani, pop. circa fanum Volurrenæ habitantes.
Lucus Asturum, opp. est Hisp. Ptol.
Lucus Augusti, opp. est Hisp. Tarraconens. Ptol. Hodie Oluca, Vulg. *Lugo.*
Lucus, Dersaltus, civ. est Sarmatiæ in Europa, Ptol.
Lucus Feroniæ, civ. Thusciæ Mediterranea, Ptol. (*santa.*
Lucus Feroniæ, promont. est Hetruriæ, Ptol. Vulg. *Pietra*
Lucus Iovis indigetis, opp. antiqui Latij. (*cone.*
Lucus Vulsiniensium, in Thuscia, Vulg. *Bosco de monte Piaf-*
Luentium, opp. est Britanniæ ins. Ptol.
Luctij, pop. sunt Germaniæ, Strab. lib. 7.
Lugdunensis Gallia ab Occasu habet Oceanum mare.
Lugdunensis Gallia, à Septentrione Britannicum Oceanum habet. (liam habet.
Lugdunensis Gallia, à Meridie ipsam Lugdunensem Gal-
Lugdunensis Gallia, ab Oriente Galliam Belgicam habet.
Lugdunum, civitas est Galliæ Lugdunensis Metropolis, Vulgò *Lyon.*
Lugdunum, opp. est Aquitaniæ, ad Pyrenæum, Ptol.
Lugdunum, Germaniæ vrbs, Ptol. Hodie Goglavia.
§. Lugodium, civit. Bataviæ. Vulg. *Virecht.*
Luij, pop. sunt Germaniæ, Strab. lib. 7.
Luma, civ. est Arabiæ Desertæ propè Mesopotamiam.
§. Lumanus, Ibernus Episcopus S. Patricij nepos, scripsit de eius virtutibus, & miraculis, Iocelinus.
Luna, opp. est Hetruriæ ad mare situm, Vulg. *Luni.*
Luna, vna ex quatuor colonis, quas Ianus in littore Hetrusco posuit.
§. Lunarium promont. in Hispania, mons Iovis dictum.
Lunensis, e, res ad hanc Lunam pertinens.
Lunæ, mons in Æthiopia interiori, Ptol.
Lunæ, promont. est in Æthiopia interiori, Ptol.
§. Luogharius, fluv. Momoniarum in Ibernia.
Lupania, civ. est Oretanorum in Hisp. Ptol.
Lupercal, locus Romæ, vbi sacra Panos fiebant, Serv.
Lupercalia, ium, vel orum. *Por las fiestas de aquel Dios.*
Lupernus, i. *Por el Sacerdote de aquella Religion.*
Luperci dicti sunt, quasi ex illorum mysteriorum semine exorti, vt Varro putat.
Lupsurdum, Germaniæ vrbs, Ptol.
Lupiæ, arum, sive Luspiæ, opp. est Calabria. Plin. (*Lippi.*
Lupia, fluv. Germaniæ in Rhenum defluens, Pomp. Vulgò
Luppia, opp. est in eadem Germania, Ptol.

Lurinum, opp. est Corsicæ insul. Ptol.
Lusi, orum, sive Lusæ, arum, civit. est Arcadiæ.
Lusia, vna ex Hyacinthi filiabus, Steph.
Lusitania, tertia pars Hisp. inter Durium, & Aram flu.
Lusitania, Hisp. Provincia, quæ nunc ferè est Portugallia.
Lusitania, ab Occaso Oceano Atlantico terminatur.
Lusitania Meridie terminatur ab Ana fluvio.
Lusitanus, a, um, res ad Lusitaniam pertinens.
Lusius, Arcadiæ, fluv. penès quem sepulchrum Æsculapij.
Lusones, pop. Celtiberiæ, vnde oritur Tagus, Strab.
Lusonium, opp. est Pannoniæ inferioris, Ptol.
§. Luspiæ, civitas Calabriæ.
Lusi, vrbs Arcadiæ, civis Lusius, Steph.
Lustricus dies quo infantes lustrabantur.
Lutetia Galliæ vrbs nobilissima, cognomine Parisijs, Vulg. *Paris.* Græc. Lutetia.
Lute, cognomine Buri, pop. Germaniæ, Ptol.
§. Luvius, fluvius Momoniarum in Hibernia.

L. ANTE Y.

Lyæus, dictus est Bacchus, quod curas solvat, ac discutiat. Vnde Lyæus, a, um, pro Lyævus.
Lycabetus, mons est in Attica regione, Plin. lib. 4.
Lycadæ, insulæ sunt contra Helladem sitæ, Plin. lib. 4.
Lycæas, vrbs Arcadiæ, civis Lycæus, Steph.
Lycæa, dicta lucidra illa sacra, quæ Latinis Luperca.
Lycæus, mons est Arcadiæ Pani Deo sacer.
Lycambes, poeta Thebanus, quem Archilocus Iambus ad suspendium adegit, vnde. (madent.
Lycambæus, a, um, Ovid. Tincta Lycambæo sanguine tela
Lycaon, Arcadiæ Rex, Titani, & Terræ filius, Ovid.
Lycaon alius, Nelei filius, & Nestoris frater.
Lycaon, Priami filius, ex Laothoe, Altai Lelegensium Regis filia, ab Achille occisus.
Lycaon, item Gnosius faber, & Artifex ensis, quem Ascanius dedit Eurialo, Virg. lib. 9. (mensæ.
Lycaonius, a, um, Ovid. Fœda Lycaoniæ referens convivia
Lycaonia, regio Asiæ minoris contermina Galatiæ.
Lycaonia, Præfectura est in Cappadocia, Ptol.
Lycaoniam, aliqui scribunt partem Arcadiæ cognominatum, Steph.
Lycaones, pop. Asiæ Phrygibus, & Galatis vicini.
Lycaonius, a, um, res ad Lycaoniam pertinens.
Lycapsus, vicus propè Lydiam, Steph.
Lycaste, filia Priami, Polypomij Antenoris filij vxor.
Lycaste, nobile scortum in Sicilia, quam venerem vocaverunt
Lycasto, civit. est iuxta Halym fluv. sita, Pomp.
Lycastos, opp. Cretæ Mediterrâneum, Pomp. lib. 2. sic dicta à luporum multitudine.
Lycatij, pop. sunt Vindeliciæ, Ptol.
Lycatus, Arcadiæ mons, an Lycæus, Solin. (Platonis.
Lyceum Athenis fuit Schola Aristotelis, sicut Academia
Lyceum, gymnasium erat Ciceronis in Thusculano, Cic. de Divinis. (Vulg. *Oerida.*
Lygnidus, civitas est Dassaretiorum in Macedonia, Ptol.
Lychinitis, palus est Armeniæ maioris, Ptol.
Lycia, regio est Asiæ minoris Pamphyliæ contermina.
Lycia à Lyco Rege, Pandionis filio, appellata est, Solin.
Lycios, primò Termilas dictus dicit, Herod. lib. 1.
Lyciæ, pop. eiusdem Lyciæ Dario tributarij.
Lycium mare, quod positum est contra Lyciam.
Lycias, fluv. est Vindeliciæ, Ptol.
Lycida, opp. est Teuthranæ, Plin. lib. 5. cap. 9.
Lycidas, nomen Centauri, & pastoris, Virg.
Lycidas, nomen etiam pueri, Horat. lib. 1. Carm.
Lycimna, arx est in Peloponneso, Strab. lib. 8.
Lycimnius, frater Astiochiæ, avunculus Tlepolemi, à quo & ipse interemptus, Hom.
Lycinia, amica Horatij, lib. 2. Carmin.
Lyciopolis, vrbs est Ægyptia Lupis cognominata.
§. Lycisca, nomen canis, apud Virg.
Lycium, sive Lyceum gymnasium scholasticum Athenis.

§. Ly-

§. Lycius, dicitur Apollo à Lycia regione vbi colebatur.
Lycoa, vrbs Arcadiæ, gentile Lycoates. Steph.
Lycomedes lacus, Plin. ponitur in Ægypto, lib.5.
Lycomedes, Rex Scyrę insul. Creontis filius. Homer.
Lycon, Theophrasti discipulus, qui à dicendi suavitate Glicon, id est, suavis est appellatus Dio.
Lycon, fluv. est Hispaniæ.
Lycone, vrbs Thraciæ, gentile Lyconeus. Steph,
Lycopelopea, civ. est in Ionia regione.
Lycophron, poeta Chalcidensis, Sophoclis Grammatici filius, scripsit Alexandram. Suid.
Lycophron alius, Perinthi Corinthiorum Regis filius matricida, vivente patre, Plut.
Lycopolis, civ. est metropolis in Ægypto. Ptol.
Lycopolytes, præfectura est Ægypti. Ptol.
Lycoria, vicus in Delphis, à Lycoreo Rege. Steph.
Lycoria, civ. est Phocidis, Strab. lib.9.
Lycorius, Nymphæ nomen. Virg. lib.4. Georg.
Lycoris, meretrix fuit, aliter Cytheris dicta, Virg.
Lycormas fluv. Ætoliæ, qui alio nomine Evenus, ab Eveno Rege Ætoliæ. Ovid.
§. Lycosura, vrbs est in monte Lyceo.
Lyctocia, vrbs est Cretę, vt notat Tortel.
Lyctos, opp. Cretæ Mediterraneum. Ptol.
Lycius, a, um, adiect. vt Lyctius Idomeneus. Virg, Eclog, 5.
Lycurgium, opp. est in Peloponneso, Strab. lib.8.
Lycurgus, Lacedæmonius Princeps, & Legislator. Vnde,
Lycurgeus, a, um; i, legum assecla, & propugnator.
Lycurgus, Rex Nemeæ, qui Opheltem Hypiphyles filium nutrivit.
Lycurgus, Rex Thraciæ, qui cum Bacchum contemneret, oculis privatus est.
Lycurgydes, Ancæus Lycurgi filius dictus est. Ovid.
Lycus, Pandionis filius, qui à se Lyciam nominavit, cum Termile appellaretur.
Lycus, puer quidam fuit ab Alcæo dilectus. Horat.
Lycus, medicus quidam Neapolitanus fuit. Plin.
Lycus, fluv. est Sarmatiæ in Europa. Ptol.
Lycus, fluv. est Cypri insul. Ptol.
Lycus, fluv. est Rhetiæ. Ptol. Vulg. *Lico.*
Lycus, fluv. est Ciliciæ regionis. Plin. lib.5.
Lycus, fluv. est in Asia propriè dicta. Ptol.
Lycus, fluv. est Syriæ Phœnices. Plin. lib.5.
Lydæ, opp. est Lyciæ regionis. Ptol.
Lydda, civ. est Iudeæ, Palæstinæ ab occasu Iordanis, qui & Diospolis, Hodie Roma.
Lydia, regio Asiæ minoris, Æolijs, & Ionijs vicina.
Lydi, prius Mœones dicebantur. Herod. lib.1.
Lydij, qui & Lydi, pop. sunt superioris Lydię.
Lydus, sive Lydius, a, um, possessivum, quod ex Lydia est.
Lydi, primi aurum, argentumque percusserunt. Her. lib.2.
Lydia, civ. est Arabiæ Petreę. Ptol.
Lydia, civ. est Casiotidis regionis Syriæ. Ptol.
Lydi, civitas est Siciliæ.
Lydius, fluv. est Macedoniæ. Ptol.
Lydus, Herculis filius ex Iole.
Lydus, filius Atys, & frater Tyrrheni, à quo regio Lydia (dicta.
Ligianum, opp. est Teuthraniæ. Plin. lib.3. cap.30.
§. Lygdamum, oppidum Mysiæ.
§. Lygdamus, athleta Syracusanus.
Lyges, pop. Asiatici, qui cum Xerxe contra Græços pugnaverunt. Herod. lib.7.
Lygos, civ. est quæ postea Byzantium dicta.
Lymira, civ. & fluv. est Lyciæ. Pomp. lib. 1.
Lyncestæ, pop. sunt Macedonię. Ptol.
Lyncestes, regio est Macedoniæ. Ptol.
Lyncestius fluv. & Lyncestis aqua, Plin. & Ovid.
Lynceius, qui & Lynus Ægypti fuit filius, qui expulso Damo, regnavit apud Argos.
Lynceus, vnus Argonautarum acutissima oculorum acie præditus 130. millia pass. prospexisse dicitur.
Lyncus, Rex fuit Scythiæ, quem Ceres in Lyncem animal commutavit.
Lyncus, vrbs Epiri à Lynceo nominata. Steph.
Lyndus, civit. Rhodi, in qua Herculis sacra fiebat, Lactant. Vulg. *Lindo.*
Lynx, vrbs Lybiæ iuxta Gader, post Atlantem. Steph.
Lynxama, civ. est Lybiæ interioris. Ptol.
Lynyamatæ, pop. sunt interioris Lybię. Ptol.
Lynxo, sive Lynx, opp. est Mauritaniæ.
Lyrceus, fons est, ex quo Inachus fluvius oritur, inde aqua Lyrcea. Steph.
§. Lyrnatia, regio parva Lyciæ. (le eversum.
Lyrnesius, opp. fuit Æolidis regionis in Paphylia, ab Achil-
Lyrnesis, idis, patronimicum fœm. gen. Ovid.
Lyrope, civit. est Pamphyliæ regionis. Ptol.
Lyta, civit. est Arabię Petrę. Ptol.
Lysander, Dux Lacedęmoniorum invictissimus. Plut.
§. Lysanias, oratoris, Græci proprium.
Lysanias, vir in Arcadia, qui Lycaonem Regno expulit.
Lysacium, civit. est Cavæ Syrię. Ptol.
§. Lysbona, Lusitaniæ metropolis. Vulg. *Lisboa.*
Lyeades, Atheniensis Phœdri Philosophi filius. Cic.
Lysias orator Syracusanus, Cephali filius. Cic. in Brut.
Lysias, civ. est Arcadiæ in Peloponneso. Ptol.
Lysias, opp. est magnę Phrygiæ. Ptol.
Lysicrates, vir quidam, qui capillos iam canos nigros tingebat, quo iuvenis etiam num videretur.
Lysidice, filia fuit Pelopis, & Hippodamię Pitthei soror, qui Electrioni nupsit. Plut.
Lysimachia, opp. Ætoliæ humi prostratum, quod prius Hycera. Strab. lib.10.
Lysimachia, quæ nunc Hexamillum, opp. est Thraciæ Chersonnesi. Ptol. Vulg. *Hexamili.*
Lysimachus, Agatoclis filius, vnus successorum Alexandri. Iust. lib.15.
Lysimachus, natione Acarnan. Alexandri Pædagogus secund. post Leonidem obtinuit. Plut.
Lysippe, filia Præti Argivorum Regis, à Iunone cum cæteris sororibus in vaccam mutata.
Lysippus, nobilis sculptor, à quo tantum se fingi Alexander passus est. Cicer. in Epist. (næus.
Lysippus, item poeta comicus, cuius fabulas enumerat Athe-
Lysistratus Sicyonius, Lysippi statuarij frater. Plin.
Lystra, civit. est Isauriæ in Galatia. Ptol.
Lysitania, portio Hispaniæ quę Lusitania.
§. Lysius, vnum ex nominibus Bacchi.
Lyso, quidam Ciceron hospes, vt scribit in Epist. lib.16.
Lysius, Archadię fluvius, ad cuius radices Æsculapij tumu- (lus.
Lytæ, parva regio Thessaliæ. Steph.
Lyus, fluv. est minoris Asiæ in Pontum defluens.
Lixea, vrbs Acarnaniæ à Lyxeo quodam. Steph.

## DE LITTERA M.

Maasres, fluv. Babylonię in Euphratem se recipiens, Ptol. melius Baarsares.
Macerarum, opp. sunt Arabię Fœlicis Carmanis oppositi, Pomp. lib.3.
Macę, pop. sunt Lybiæ interioris.
Macanitæ, pop. sunt Mauritaniæ Cæsariensis. Ptol.
§. Macareæ, civit. Arcadiæ.
Macareus, filius Æoli, qui Canacem sororem vitiavit.
Macaria, quondam dicta est, quæ postea Cyprus. Plin. Vulgò *Chipre.* (Vulg. *Metelin.*
Macaria, quoque cognominata est, quæ postea Lesbos. Plin.
Macaria, insl. in sinu Arabico in Æthiopia Ægypti. Ptol.
Macaria Herculis filia, quæ pro incolumitate publica se devovit inferis, ad expiandum scelus. Erasm.
Macaris, civit. est in Peloponneso. Strab.
§. Macarius, Ibernus Abbas Herpipolensis in Franconia, scripsit de laude Martyrum, Vixit ann. 1139. Possevinus.
Macarius, viri proprium, Homo interpretatur beatus.
Macaron, insl. Ponti, quę Leuce, & Achilea dicta. Plin.

Macaronesi, id est, beatorum insulæ, ad promontorium Tauri. Pomp. lib. 2.
Macaron, insulæ dicuntur Lesbos, Samos, Chios, &c.
Macaron, quidam dici putant, quod fortunati cœli, ac soli sint, vel.
Macaron,quod eas suo, suorumque Regno Macar occupaverat. Pomp.lib.2.cap.7. (*Candia.*
Macaronnesos, cognominata est Creta insul. Solin. Vulgò
Macaros, dicta est Creta, à tempore cœli.
§. Maccarius, Ibernus, S. Patricij discipulus, scripsit de fide perseverante,& de iudicijs. Vixit anno 460. Possevinus.
§. Macco oppidum Indiæ. (tissimi.
Macchabæus,nomē barbarum, quo vocati sunt viri illi for-
Macæi, pop. sunt Lybiæ interioris. Ptol.
Mace, gens inter Carmaniam, & Arabiam. Steph.
§. Macednon, parva regio Thessaliæ in monte Pindo.
Macedo, filius Osiridis, ovis filij.
Macedonia,Provincia Europæ, inter Thraciam, & Thessaliam. Pomp. lib.4. cap.10.
Macedonia, à Macedone Osiridis Iovis filio dicta est.
Macedo, onis, qui Macedoniam inhabitat.
Macedonicum mare,quod Ægæi pars est. (Megaram.
Macedonicum mare, à Pallene monte extenditur, vsque
Macedoniacus, & Macedonius, a, um, adiect. vt Iri Macedonica, Celsus.
Macedoniensis, e, res ad Macedoniam pertinens. Plut.
Macedonicus sinus est mare contra Macedoniam.
Macedones, pop. sunt in ipsa Macedonia.
Macedonis ora, ante Emathia dicta est. Gel. lib.4.
Macedones, alij cognomine Myrcani, pop.sunt Lydiæ.Plin. lib.5. cap. 29.
§. Macella, civit. Italiæ.
Macella, civitas est Siciliæ insulæ.
Macer Æmilius, Poeta, qui tempore Ovidij scripsit carmina de avibus.
§. Macestus, fluv. Mysiæ in Rhindacum fluens.
Macetes,pop. sunt ijdem, qui Macedones.
Macetto, civ. est Cretæ insulę. Strab.
Machalaum,opp.in agro Brixiano, Insubrium valde nobile.
Machaon medicus insignis filius Æsculapij. Hom. (erit.
Machaonius, a, um, Ovid.Ille Machaonia vix ope salvus
Machorus, untis, opp. Iudææ Palæstinæ.
Machia, ins. est vna è Cycladibus. Plin. lib.4. cap.12.
Machini, pop. sunt Africę propriæ. Ptol.
Machurebi, pop. sunt Lybię interioris. Ptol.
Machures, pop. sunt Mauritaniæ Cæsariensis. Ptol.
Machusi, pop. sunt Mauritaniæ Cæsariensis. Ptol.
Macidos, opp. est Hellesponti. Pomp. lib.2. cap.1.
Macieni, opinor pro Mantinei lege Mantinei.
Macina, opp. est Provinciæ Narbonensis. Plin. lib.3.
Ma cistum, opp. est Arabiæ. Strab.
Macistus Triphyliaca, civ. est Eubœæ. Steph.
Macistij, pop. sunt à Macisto cognominati.
Macita, civ. est Arabiæ Felicis. Ptol.
Macliæ,pop.sunt Africæ finitimi Nazamonibus.
Macolicum, civ. est Iberniæ insulæ. Ptol.
Macodama,opp. est iuxta Syrtim magnam.Vulg.*Mezorata.*
Macodama altera,civ. est ad Syrtim minorem.
Macomades,opp. est Africæ propriæ. Plin. lib.5.
Macoraba, civ. est Arabiæ Felicis.Ptol. (*Magra.*
Macra, fluv. Italię, inter Liguriam, & Hetruriam. Vulgò
Macra,insul. in sinu Cornicite. Plin. lib.4. cap.13.
Macra,campus est in Phœnica regione. Strab. lib.16.
Macri, campi inter Bononiam, & Ravennam,per quos Romam itur. Vulg. *Valle de Montirono.* (*das.*
Macria,ins.prius dicta, quæ postea Rhodus.Plin. Vulg.*Ro-*
Macrini, pop. sunt Corsicæ insulæ. Ptol.
Macris,insul. est in Mari Lycæo. Plin. lib.5. cap.31.
Macris,cognominata est Chio, insul. Plin.lib.5. (*ria.*
Macris, quoque dicta prius, quę postea Icarus. Vulg. *Nica-*
Macritus Cous, Siponem in Ponto condidit. Steph.

Macrobij, dicuntur populi longioris vitæ.
Macrobij, pop. sunt Meroes insulæ Æthiopiæ Ægypti, Pomp. lib.3. inde script. Æthiopiæ.
Macrobij, pop. Athenis montis incolæ. Plin. lib.4.
Macrobius, nomen viri proprium, Latinè longævus dicitur
Macrocephali, pop.sunt ad Bosphorum Cimmerium.Pomp.
§. Macrochir Artaxerxis nomen.
Macrocremnij, montes sunt proprè Istrum fluv. Plin,
Macrocremnus, mons est Sarmatiæ Europæ.
Macrones, pop. fuerunt tributarij Dario. Herod. lib.7.
Macrontycos, id est, longus murus,opp. est Thraciæ.
Macryas, vocat Steph. quos Plin. & Ptol. Maclyas.
Macryes,pop. sunt Africæ propriæ.Ptol, (*zarino.*
Mactorium,vrbs est sita super Gelam in Sicilia. Vulg. *Ma-*
Macynia, civ. est Ætoliæ. Strab. lib.9.
Macystos,mons est Lesbi insulæ notissimus. Plin. lib.5.
§. Madagascar, insul. citra Æthiopiam.
Madarasia,opp.est Arabiæ Felicis.Ptol. (*Orān.*
Madaura,civ.in colliminio Getuliæ,& Numidiæ situ.Vulg.
Madaurensis colonia,vnde fuit Apuleius Socraticus.
Madurensis colonia, sub ditione Syphacis collocata.
Madia, civ. est Colchidis regionis. Ptol.
Madiama, civ. est Arabiæ Felicis. Ptol.
Madian,vrbs quædam ab vno filiorum Abrahami ex Cethura sit vocata.
Madian,trans Arabiam ad meridiem in deserto Sarracenorum sita est, Hieronymus.
Madianea,& Madianeis regio dicitur à Madian.
Madianites, sinus est Arabiæ Felicis. Ptol.
Madoca,civ. est Arabiæ Felicis, Ptol.
Madugi,pop. sunt Æthiopiæ sub Ægypto. Ptol. Græca habent Cadupi.
Madurus, opp. est Numidiæ novæ. Ptol. vnde.
Madurense legit Politianus, vbi Plinius mendose.Materēse.
Madurense hoc in loco, vera sectio est Materense.
Madytus, vrbs Hellesponti gentile Maditius. Steph.
§. Maea,opp. iuxta Hellespontum. (*zia.*
Mæander, fluv. Phrygiæ in Asia propria. Ptol.Vulg.*Pabaz-*
§. Mæander, mons in India.
Mæandrius, a, um, res ad Mæandrum pertinens.
Mæandria,opp. est Epiri Plin. lib.4. cap.1.
Mæandropolis,opp.fuit Cariæ regionis. Plin.l.3.
§. Mæchlinia, civ. in Brabantia.
Mædia,cum æ dipththongo, civ. est in Thracia.
Mædi, pop. sunt Thraciæ, Medi verò sine dipth. Asiæ.
Mædica, præfectura est Pæoniæ vicina.
Mænades apud Græcos, dicuntur mulieres, Bacchi sacrificulæ, à Græco mamomai, id est, insanio.
Mænades, sparsis capillis instar furentium celebrabant Bacchi sacrificia. Iuven.
Mænala, qui & Mænalus intellectu singulare, voce autem plurale, mons est Arcadiæ altissimus, & civitas quoque vnde.
Mænelius, a, um, adiect. res ad vtrumque pertinens.
Mænalia, vrbs Galatiæ. Steph.
Mænius, Cons. Rom. Priscos Latinos, ac Antiates navali prælio,anno ab vrbe condi 450. devicit.
Mænobera, vrbs Mastienorum,gentile Mænobæreus significat, cui Bacchi Orgia celebreris.
Mænomen,montes sunt in Sardinia.Ptol.
Mæonis, regio est Asiæ minoris, quę postea Lydia.
Mæones, pop. dicti, qui postea Phryges.
Mæones, Anamæon adolescentulus, à se dictos condidit Berosus.
Mæonius,a, um, res ad Mæones pertinens.
Mæonides, vir, & Mæones fœmina ex Mæonia.
Mæonides, per excellentiam dicitur Homerus, vnde & Mæonium carmen.
Mæotis, palus Septentrionalis, quæ coniungitur Ponto Euxino. Vulg.*Mar de Fana,ò mar Negro*,alijs *Zabacca.*
Mæotæ,pop. sunt Mæotidis paludis accolæ. Plin.

Mεotei, pop. sunt Septentrionales ad Tanaim, fluv.
Mεoticus, a, um, res ad Mæotidem pertinens. Virg.
Mæpa, civit. est Armeniæ maioris. Ptol.
Mεpha, civit. est Arabię Felicis. Ptol.
Mæsanites, sinus maris Persici in Arabia Deserta. Ptol.
Magares, sive Macares, pop. sunt Ætoolię. Plin. lib. 4.
Magarsos, civ. est Ciliciæ. Plin. lib. 5. c. 7.
§. Magdeburgum, opp. Germaniæ. Vulg. *Magdemburg.*
§. Magdelus, opp. Ægypti.
Magellini, pop. sunt Siciliæ stipendiarij. Plin. lib. 3.
Magi, pop. sunt Persidis sapientiæ studiosi.
Magia, fons Siciliæ in agro Syracusano.
Magia, vrbs, Illyriæ, gentile Magiares. Steph.
Magidana, civ. est Græcorum in Arabia Fœlicis. Ptol.
Magini, pop. sunt Septentrionales, de quibus, Tibul.
Magistrica, regio Tauriscorum iuxta Alpes. Steph.
§. Magius, fluv. Momoniarum in Ibernia.
Magna, ins. in Lybica gentile Magnites. Steph.
Magna Græcia, dicta est ea Italiæ pars, quæ à Tarento, vsque ad Cumas est, vel.
Magna Græcia, quod multæ magnęque civitates in ea à Græcis fuerunt conditę. Fest.
Magna Græcia, à quibusdam tota Italia dicta est.
Magnata, vrbs Iberniæ, à quo Magnatæ pop. dicti.
Magnes, Atheniensis comicus fuit tempore Epicarmi, docuit fabulas nomen. Suid. (lectus. Suid.
Magnes, item Smyrnæus puer Gygi Lydorum Reg. prædi-
Magnesia, promont. est Macedonię confinis Thæssaliæ.
Magnesia, promont. est Macedoniæ. Ptol. Vulg. *Cabo Verlichi.*
Magnesia, vrbs est Ioniæ in Asia minori ad Mεandrum fluv. Herod. lib. 3.
Magnesianus, a, um, Hieronym. fecit à Magnesia.
Magnetes, pop. sunt Magnesiæ regionis.
Magneti, pop. Darij Regis tributarij. Herod. lib. 3.
Magnetis, idis, fœmina est ex Magnesiæ regione.
Magnetis filius Glaphyras, conditor Glaphyrarum, vrbs Thessaliæ. Steph.
Magnessa Hyppolyte, Acasti Regis Magnesiæ coniux.
Magniana, opp. est Pannoniæ superioris. Ptol.
Magnus, fluv. est Cappadociæ.
Magnus portus. Ptol. in diversis locis ponitur.
Magnus portus, lacus Britaniæ. Ptol. Vulg. *Portismeuth.*
Mago, onis, opp. est in minori Baleari. Ptol.
Mago, auctoris Afri nomen, qui de re rustica scripsit.
Mago, Dux Carthaginensis, qui Romanis in bello Tarentino auxilio venit ante bellum Punicum. Liv.
Mago, Annibalis frater in agro Insubrium, vulneratus apud Corsicam obij. Liv. lib. 30.
Mago item à Scipione apud Carthaginem in Hisp. captus, ac per Lælium Romam missus. Liv.
Magog. filius Iaphet à quo Magogæ dicti, qui Græci Scythæ. Ioseph. lib. 1.
Magogum, Regnum in Asia, quem Saturnus Babylonius Rex condi iusserat.
Magoras, fluv. est Phœniciæ. Plin. lib. 5. c. 20.
Magorum sinus, ponitur in Arabia Felici. Ptol.
Magrada, fluv. est Citerioris. Hisp. Pomp.
Maguba, civit. est Mesopotamiæ ad Euphratem. Ptol.
Magula, civ. est Arabiæ Felicis. Ptol.
Maguntia, civit. est Germaniæ.
Magunta, populi sunt Germaniæ.
Magura, civit. est Lybiæ interemptus. Ptol.
Magura, civit. est in Arabia Petrea. Ptol.
Mara, Atlantis filia ex Pleione Nympha, ex qua Iupiter Mercurium suscepit. Hæc propter ingenij, & doctrinæ excellentiam ludis, seu festis (quæ etiam nunc mense maio apud nos vigent. Vulg. *De las Mayas,*) nomen dedit, vide Matamo, lib. de Asserenda Hispanorum eruditione.
Mala, dea, quędam Fauni filia, cui in mellario vasse non mel, sed vinum sacrificabat.
Maiestas, Dea Honoris, & Reverentiæ filia. Ovid.

§. Maius, oppid. academicum Conaciæ in Ibernia, & caput Comitatus, titulus Marchionis, & Vicecomitis.
Maius mensis à maioribus, quibus consecratus erat, dictus sicut Iunius à Iunioribus. Macrob.
Malaca, opp. est Bæticæ in ora maritima. Pōp. Vul. *Malaga.*
Malacitanus, a, um, res ad Malacam Bęticæ pertinens.
Malachath. civ. est Lybiæ interioris. Ptol.
§. Malachias, Ibernus, Archipræsul Armachanus, qui obijt vnno 1148. plura scripsit, de quibus vide Possevinum.
§. Malachias, Ibernus ordinis Minorum, sive Prędicatorum, nonnulla scripsit, quorum meminit Possevinus.
Malchubij, pop. sunt Mauritaniæ Cæsariensis.
Malchus, historicus scripsit historiam à Constantino vsque ad Anastasium. Suid.
Malchus, famulus Sacerdotis, quem percussit Petrus.
Malea, promont. est sinus Laconici in Peloponneso. Vulg. *Cabo Maluesia.*
Maleacus, a, um, Malea, vt sinus Maleacus.
Malena, regio est Acarnitis. Herod. lib. 6.
Maleos, ins. adiacens Iberniæ vna ex quinque Ebudis. Ptol.
Maleos, emporium est Æthiopiæ Ægypti. Ptol.
Maleos, ins. est adiacens Liburnię.
Malethubalus, mons est Mauritaniæ Cęsariensis. Ptol.
Maleventum, Campaniæ, opp. quod boni hominis causa Beneventum versum. Perotron. Vulg. *Benivento.*
Malæus, mons est Indię in Oretum gente. Plin. l. 2.
Maliaca, civ. est Hispaniæ Tarraconensis. Ptol. Vulg. *Benavente.*
Maliachi, duæ insulæ in sinu Arabico. Ptol.
Maliacha, civ. est Arabiæ Petreę. Ptol.
Malichos, ins. est à qua Scenon 125. passuum millibus distat. Solin. c. 70.
Malica, vrbs Thessaliæ, à qua pop. Malices. Steph.
Malicus, opp. à quo sinus Maliacus videtur dictus.
Malicus, apud Papin. legitur, pro quo mendosè. *Mileos.*
Malicus, civit. est contermina Locridi, & Doridi.
Maliacus sinus, qui adiacet Malico oppido.
Malimnus, Siciliæ mons Theocrito ob id quod malis, id est, pomis refertus sit.
§. Malla, oppidum Momoniarum in Ibernia.
Mallaba, civit. est Arabiæ Fœlicis. Ptol.
Mallada, vrbs Persica gentile Malladenus. Steph.
Mallois, locus in Lesbo, vbi Apollinis templum est. Steph.
Mallos, civ. est Ciliciæ propriè dictæ. Ptol. Vulg. *Malo.*
§. Mallus, mons Indiæ intra Gangem.
Malotæ, per simplex, scribitur semper à Latinis. (des,
Malotæ à patria, dicuntur Crates, Aristophanes, & Philisti-
Malotæ, vide an sit à Mallos, an Malos.
Malquę, pop. sunt Lybiæ interioris. Ptol.
Malsanæ, vrbs Felicis Arabiæ, gentile Malsanites. Steph.
Maltachæ, ins. est adiacens Corcyræ. Plin. lib. 4. c. 1.
Malua, per u vocalem, fluv. est Mauritaniæ Tingitanæ.
Mamala, villa est Arabię Fœlicis. Ptol.
Mamarema, vrbs Ausonię gentile Mamarcinus. Steph.
§. Mamaus, fluv. in Peloponneso.
§. Mamblia, oppidum Æthiopiæ.
Mambre mons iuxta Hebron.
§. Mameacus Pythagoræ filius.
Mamechia, civit. est Albaniæ regionis Asię. Ptol. legendum potius Camechia.
Mamerchus, prænomen Æmiliorum.
Mamercorum meminit Cic. de claris orat. & in offic.
Mamercus præsul Viennensis, primus supplicationes quas nostri rogationes vocant, instituit. Volat. (pellatur,
Mameis, dictus est Mars Oscorum lingua, qui & Mavors ap-
Mamertes Corinthius, filio fratris sui Sisaponis libidine regnandi interfecit. Ovid.
Mamertium, opp. est Campaniæ. Strab. lib. 6.
Mamertini, pop. sunt Campanię à Mamerito.
Mamertini, quum colonos in Messanam misissent, ipsi quoque Mamertini, potius quam Messanensses dicti sunt.

Mamertina quoque Messana,civit.dicta est,& Mamertinum vinum, non Messanense. Martial.
Mammida,civ. est Persidis regionis.Ptol. (cata.
Mammilla, Telegonis filia, à qua Mamillorum familia vo-
Mammisca, Tetrarcha est Syriȩ Cœles. Plin. lib.5.c.23.
Mamortha,civ. est Palæstinæ Iudeæ. Plin. lib.5.c. 13.
Mampsarus, mons est Africæ propriæ. Ptol,
Mampsari, pop. sunt eiusdem Africæ. Ptol.
Mamuga, civit. est Casiotidis regionis Syriæ. Ptol.
Mamurtæ, Senatoria familia erat Romæ.
Mamuræ eques Romanus,Formijs natus. Plin. lib. 36. c.6.
Mamurtius, faver fuit ærarius, qui Ancyla fabricabit Saliorum.M.Ovid. (Ibernia.
§. Managhia, oppidum ac titulus Vicecomitis Conaciæ in
Manalis petra, ostium erat Orci, per quod animæ inferorum ad superos manant, qui dicuntur Manes.
Manalis petra,quæ cum in vrbem pertraheretur,insequebatur pluvia. Fest. (nat.Fest.
Manalis fons dicitur pro eo, quod aqua ex eo semper Ma-
Manapia, civit.est Iberniæ insulæ. Ptol.
Manarmanis,portus in Germania magna. Ptol.
Magnates,pop. fuere in Latio interiore. Plin.
Manathusa, sive Manachusa, opp. Cretȩ ins. Pomp.
Manathusa, opp. Greciæ vbi mendose legitur Cameracusa.
Manchana, civ. est Mesopotamiæ ad Tigrim, Ptol.
Mandagandeni, populi sunt Acolidis. Plin.lib.5- c.30.
Mandagana, civ. est Mediæ. Ptol.
Mandagarsis, civ. est quoque Mediæ. Ptol.
Mandane, Astyagis filia, quæ Cambysi nupsit. Her.
Mandela, pagus est Sabinis. Horat. epist.1.
Mandei, orum, pop. sunt. Indiȩ. *Plin.lib.6. c.17.*
Mandetrium, opp. est Liburnorum. *Plin. lib.2. c.22.*
Mandibuli, pop. sunt in Aquitania Strab.
Mandonius, Deus Hispanus, Romanorum partes in Hispania iuvit cum Scipione Africano. Liv. lib.29.
Mandroti, pop. sunt Lybiæ interioris. Ptol.
Mandro Navicularius quispiam, qui aspirante fortuna tandem factus est Imperator.
Mandropolis, vrbs Phrygiæ, cives Mandropolites. Steph.
Mandrus, mons est Lybiȩ interioris. Ptol.
Mandryum, vrbs Apuliæ,civis Mandrynus. Steph.
Mandanam, opp. est Mediterraneum Mauritaniæ.
Mandubij, pop. sunt Galliȩ iuxta Alexiam.
Manechusa, sive Manathusa, opp. Cretæ insulè.
Manes, fluv. est Locridis, qui & Bæagrius. Strab.
Manesium, vrbs Phrygiæ,à Maneditissimo conditore.Steph.
Manethus Meudes,Ægypti sacerdos,scripsit Philosophiam, & alia nonnulla. Suid.
Mangon, ins. est Æthiopiæ Ægypti in sinu Arabico.
§. Mania, sive Mona, insula in Ibernico mari sita,vndè Barbi originem traxisse creduntur, & multis. Druidȩ.
Mania extrema,opp. est Lesbi insulæ. Ptol.
Mania,vrbs Parthorum ab Oriente Hibernio.Plin. l.6.c.25.
Mania dea,sarium mater,cui olim sacrificabant.
Maniæ,larvæ quædam, quæ pueris minitare solent.
Manichei, heretici, à quoddam Persa Manichem dicti.
Manitæ, pop. sunt Arabiæ Felicis. Ptol.
Manilius Octavius, Tarquinij gener, qui Romanis bellum intulit. Liv. lib.1.
Maniolȩ, insulæ ex adverso Indiȩ extra Gangem.
Manius, prenomen ab eo, quod mane quis initio natus sit, vt Lucius qui Luce. Fest.
Manius Marcius, ædilis, primum frumentum populo in Modios assidibus donavit, lib.18. c.3.
Maliana, opp. est Hispaniæ Lusitaniȩ. Ptol.
Manliana,opp.est Thuscorum in Italiæ.Ptol.Vul.*Manliano.*
Manlius,nomen viri proprium.
Manlius,Anthiochenus,conditione servus,arte Astrologus, ac poeta. Plin. lib.35. c.17.
Manlius Capitolinus,sic ob defensum Capitolium dictus.
T. Manlius, Torquatus, cognomento Imperiosus, vnde.
Manliana imperia,proverbium in eos,qui in nimis rigida iuris observatione, humanitatis, & equitatis obliviscuntur.
Manlius Volso, contra Gallo Græcos bellum gessit, & eos superavit, de quo Livius, lib.4. Decad. 1.
Manlius, Torquatus,orator plus habuit facultatis ad dicendum, quam voluntatis. Cicer.
L. Manlius, pictor insignis, de quo Macrobius.
Mannus filius fuit. Teutonis dei, à quo dicti Alemani.
Manoba opp. est Bœticæ in ora maritima. Vulg.*Bezmiliana.*
Manocaminium, civ. est Ægypti.
Manrali, pop.sunt Lybiȩ interioris, Ptol.
Manrali, pop. sunt Colchidis regionis. Ptol.
Manteum, opp. est in Ionia. Plin. lib.5. cap.29.
Manteum, aliud, opp. est Colophoniorum. Plin. ibid.
Manthyrea, locus est in Arcadiæ regione.
Mantines,pop. confines Armenijs, & terræ Gisiæ. Herod.
Mantinea,quæ Ptol.Mantinia, & postmodum Antigoni,oppidum, in eadem Arcadia. Plin. lib.4. c.6.
Mantinum, civ. est. Corsicæ insulæ. Ptol.
Mantius Melampi filius ex Irphineassa Præti filia.
Mantous, fuit Tiresia vates Thebani filia. Virg. lib. 10.
Mantua,opp. est Galliæ Cisalpinæ, Virgilij patria.
Mantua ab Ocno filio Tyberis, & Mantus Tyresiæ vatis filia condita dicitur. Vulg.*Mantua.*
Mantuanus, a, um, à Mantua deducitur.
Mantua, Carpentana, opp. est Hisp.Ptol.Vulg.*Madrid.*
Mapulia domus sunt pastoriciæ in Cyrenaica regione.
Mapeta, civ. est Sarmatiæ in Asia. Ptol.
Maphoritȩ, pop. sunt Arabiæ Felicis. Ptol.
Maplæ, civ. est Idumeȩ in Palæstina. Ptol.
Marabina, opp. est Cyrenaicæ regionis. Ptol.
Mara, civ. metropolis Arabiæ Felicis. Ptol.
Maraca, civ. est Arabiæ Felicis. Ptol.
Maraga, civ. est Arabiæ Felicis. Ptol.
Maras,vir apud Beroen Syriæ ditissimus, humanus, & officiosus, vt scribit. Erasm.
Maraldi, civ. est Arabiæ. Ptol.
Marathe, ins. est propè Corcyram. Plin. lib.4. c.12.
Maratasium, vrbs Cariæ, gentile Marathelij. Steph.
Marathon, locus celebris in Attica regione. Strab.
Marathon, oppidum iuxta Thricotticum, & Rhavinem. Strab. lib.9.
Marathonius,a,um,id est, res ad Marathonem pertinens.
Marathonius taurus, dictus est, quem, apud Marathonem Theseus interfecit.
Marathonius, campus est in Hisp.citeriori.Strab.
Marathus parva vrbs est Phocidis. Strab.lib.9.
Marathusa,oppidum est Cretæ Mediterraneum. Plin. lib.4.
Marathusa, ins.adiacens Epheso, quȩ & Clazomenia sic dicta à copia fœniculi.
Mareæum,mons Troadis iuxta Geragitem.Steph.
Marcella, mulier Rom. quæ quum à matre rogaretur, num gauderet se nupsisse,respōdit. Ita valde,vt amplius nolim.
§. Marcellus, Pontifex Romanus,anno 296.
§. Marcellus II. Pont. Rom. anno 304.
§. Marcellus III. Pont. Rom. anno 1555.
Marcellus, vir Romanus clarissimus, de quo Plutarch. & alij scripserunt.
Marchubij,pop. sunt Africæ propriæ. Ptol. lib.5.
Marcinna, civ. est in Italia. Strab. lib.5.
Marclyda, latro insignis in Sylva, Dodonȩa, Tortel.
Marcadutum Vbiorum vicus in Belgica. Vulg. *Dura.*
Marcoman,pop. Germaniæ, quos nunc Moravos, & Bohemos dici existimant.
Marcoti pars est,quæ vbi mari imminet. Tenia dicitur.
Marculus,diminutivum à Marco,inquit. Fest.
§. Marcus, Pontifex Romanus,anno 336.
Mardara,civit. est Armeniæ minoris. Ptol.
Mardara, civ. est Ponti Cappadocum. Ptol.
Mardi.pop. sunt Armeniæ maioris. Ptol.
Mardocea, regio est Babiloniæ, Ptol.

Mardonia,regio est Epiroticæ regionis.
Mardonia,mendosè,pro Pandosia legitur, Theoph. Mardonius Persa , pro Xerxe in Græcia bellum gerens ab Arimecesto Spartiata saxo obrutus est. Plut.
Mareca,vrbs est Ægypti Africam versus. Herod. lib.2.
Marcontis,locus est propè Alexandriam. Plin. lib.5. c.10.
Mareotis, portio est Africæ iuxta Cyrenaicam.
Mareotis, idis, regio est pars Ægypti.
Mareotidis villa præfectura Lybiæ, Ptol.
Mareotidis,pars Epiri,in qua optimum vinum nascitur.
Mareoticus,a,um,res ad mareotidem pertinens.
Mares,pop.vicini in Mosivœcis. Steph.
Margæa, nomen fontis. Plin. quo nomine dicta est vrbs in Elide, gentile Magnus. Steph.
Margalæ,civ.est in Peloponneso. Strab. lib.8.
Margasi,pop.sunt Mediæ. Ptol.
Margiana,regio est Asiæ maioris. Strab. lib.10.
Margiana, regio est in Media,vndè Margiani, hodie *Zagati* dicuntur. (cap.10.
Margus,fluv.Marginianæ regionis in Oxum fluens.Ptol.lib.6.
Maria,fœmineum est à nomine Marius. Claud.
Maria, nomen Virginis Deiparæ.
Maria,palus est in Ægypto Marmarica. Ptol.
Mariaba, metropolis est Sabæorum. Strab. lib.16.
Mariama,civ.est Arabiæ Felicis. Ptol.
Mariama,civ.est Casiotidis regionis Syriæ. Ptol.
Mariamitani,pop.sunt Syriæ Cœles. Plin. lib.5.
Mariana, civit.est Corsicæ insul. Ptol.
Mariana fossa,locus est in Provincia Narbonensi.
Mariana fossa inter Masisiriam,& Rhodanum assidet.Pompon. Vulg. *Aguas muertas.*
Mariani,montes in Bœtica, nunc *Sierra Morena.*
Marianidini,pop.sunt confines Bithyniæ. Herod.
Marica , dea est littoris Minturniensium iuxta Lyrim amnem. Horat.8.carminum.
Marica, civit. est Persidis regionis.
Marica,sylva est Italiæ in Campania.
Maridunum,opp.est Britanniæ insul.Ptol. (llat.
Marimarusa,à Cambris dicitur, quod mare mortuum appe-
Marina,palus in Cyrenaica regione.
Mariona,civ.est Germaniæ. Ptol.Vulg.*Lunemburg.*
Marionis, alia civit.Germaniæ. Ptol.
Maris,fluv.Agathirsorum in Istrum fluens. Herod.lib.4.
Marithi,montes sunt in Arabia Felici. Ptol.
Marium,opp.Cypri insulæ. Steph.
Marius Arpinas humili loco natus , septies apud Romanos Consul fuit. Plut.
Marij, multi fuerunt, de quibus vide Volaterranum.
Marmaces,pop.sunt Æthiopię.Steph. (*cha.*
Marmarica,regio est Ægypto, & Libyæ vicina , hodie *Bar-*
Marmaridæ,pop.Africæ Ægypto contermini. Plin. lib.5.
Populij, diversi à Pompilijs leguntur, quorum Princeps M. Pompolius, legatus ad Antiochum, qui Ptol. Regem Romani popul. amicum obsederat. Liv. lib. 45.
Popilius Lanatus, qui Cicer. patronum suum in causa capitis elegit, Valer. Maxim.
Populonia, civ. est Hetruriæ iuxta Pisas. Vulg. *Piombino*.
Populoniensis, è, Liv. Populonienses ferrum. Tarquinenses lintea, &c.
Popelonium, Tuscorum promont. Ptolom. Vulgò *Cabo de Campaña*, alij *Puerto Bararto*.
Poratia, fluv. est in Istrum defluens. Herod. lib. 4.
Porcia, nomen mulieris Romanæ.
Porcifera, fluv. est Liguriæ. Plin. lib. 3. c. 5. Vulg. *Pozzivera*.
Portius, cognomen fuit Catonis Censorini tractum à porco. Varr.
Pordosonele, ins. iuxta Lesbum. Steph.
Poritus, fluv. est Sarmatiç in Europa. Ptol.
Potoslislum, opp. est in Dacia. Ptol.
Potoselene, ins. est cum opp. propè Ephesum. Plin. lib. 5.
Porphyrion, gigantis cuiusdam nomen. Claud.
Porphyrion, viri proprium, qui Horatium commentatus est.
Porphyrione, insula est in propontide ante Cyzicum. Plin. lib. 5. cap. vlt.
Porphyris, ins. in sinu Laconico, quæ posteà Cythera. Plin. lib. 4. cap. 12. Vulg. *Ceargo*.
Porphyris, ins. priùs dicta, quæ posteà Nesires. Plin. lib. 5. cap. 31. Vulgò *Nisaro*.
Porphyris, ins. priùs dicta, quæ posteà Scyros, Vulg. *Scyro*.
Porphyrius, mons est in Ægypto. Ptol.
Porphyrius, Philosophus Tyrius, priùs Malchus, deindè ob vestem Regiam purpuream, Porphyrius.
Porsena, Rex Etruriæ, qui Romam vrbem obsedit.
Porta Augusta, civ. est Hisp. Ptol. Vulg. *Torquemada*.
Portacra, civ. est in Tauricia Chersonneso. Ptol.
Porta Romæ Trigemina, Saturnia, Carmentalis, & Mugonia.
Portæ montis Tauri, Armeniæ, Caspiç, Siciliæ.
Porthmia, vicus ante ostium Mæotidis, gentile porthmiæus.
Porthmos, i, fretum, opp. est EubϾ ins. Plin. lib. 4.
Porthmos propriè dicitur fretum Calpes. Plin. Vulg. *Estrecho de Gibraltar*. (cap. 1.
§.Portlisia, oppid. Lageniæ in Ibernia, Ocahasa vindicat. 2.
Portunata, ins. est cum opp. in Illyrico. Plin. lib. 3.
Portunus, Deus marinus, sic à pertubus, quibus pręest dictus.
Portunalia, sunt dies Portuno dicati.
Portupana, civ. est Persidis. Ptol.
Portus Apollinis pæstij, est in Locris Ozolis. Plin. lib. 4.
Portus Annibalis, est in Hisp. citeriori, Pompon. lib. 3. cap. 1. Vulgò *Algor*. (*fino*.
Portus Delphini est in Liguria. Plin. lib. 3. c. 5. Vulg. *Puerto*
Portus dulcis est in Epiro. Strab. lib. 7.
Portus Herculis est in littore Brutio. Plin. lib. 3. c. 5. Vulgò *Puerto de Hercole en la Toscana*.
Portus magnus est in Hisp. Ptol. Vulg. *Albuferetta*.
Portus magnus est in Mauritania Cęsariens. Ptol.
Portus Mnestei est in Bætica. Strab. lib. 3. Vulg. *Puerto de Santa Maria*.
Portus mulierum est in Thracia propè Bosphorum.
Portus Naonis, opp. Carnorum in Italia, Vulg. *Bordono*.
Portus profundus est in Bœotia. Strab. lib. 9.
Portus sacer est in Bœotia. Strab. lib. eodem.
Portus senum est in Thracia. Plin.
Portus Veneris est in pyrenæo iuxta illius templum. Pompon. Vulgò *Puerto Vendres*.
Portus Rex Indiæ fuit, quem Alexand. devicit. Curt.
Porusij, pop. sunt Mauritaniæ. Plin.
Posidæus canalis ad Alexandriam. Solin.
Posidicus Casandræus comicus docuit triginta fabulas. Suid.
Posidium, civ. est Thesprotorum in Epiro. Ptol.
Posidium, opp. est Syriæ regionis. Ptol. Vulg. *Paulo*.
Posidium, opp. est Ponti, & Bithyniæ. Ptol.
Posidium, opp. est Phthiotidis in Macedonia. Ptol.
Posidium, opp. est Carpathi ins. Ptol.
Posidium, promont. est Arabiæ Felicis. Ptol.
Posidium, opp. est Chij ins. Ptol.
Posidium, sive Neptunium, locus est in Peloponneso. Str. l. 8.
Posidium, opp. est Cariæ. Strab. lib. 14. (*Prodena*.
Posidonias, olim vocabatur Troezen Pelopon. vrbs. Vulgò
Posidonia, civ. est Lucaniæ. Strab. Vulg. *Policastro*.
Posidonius, Philosophus Apamiensis ex Syria discipulus, & successor Panætij. Strab. lib. 14.
Posidonius, Oblopolita, scripsit post Polybium historiam, lib. 52. vsque ad bellum Cyrenaicum. Suid.
Posidonius, Africæ præsul, Augustini contubernalis.
Posidea, civit. est Æolide. Plin.
Posideum, Ioniæ promont. est Pomp. lib. 1.
Posthumia Servij Sulpicij vxor, cuius sæpè meminit Cicer. Epist. lib. 4.
Posthumia, alia mulier bibacissima, de qua Catul.
Posthumius Tubero, magister equitum de Volseis triumphavit. Liv. lib. 4.
A. Posthumius Albinius, auro à Iugurtha corruptus patriam magno damno affecit. Liv. lib. 46.
L. Posthumius à Boijs cum exercitu fuit profligatus, & obtruncatus. Liv. lib. 22.
Posthumus, qui & Sylvius, filius fuit Æneæ ex Lavinia.
Postgia, civ. est in Taurica Chersonneso. Ptol.
Postuorta, Dea erat Roman. quę futura prospiceret.
Potamus, opp. & Potami, pop. Atticæ. Plin. lib. 5. cap. 7.
Potana ab Alexandro, ad Indum condita. Diod.
Potentia, civ. est Piceni, lib. 3. cap. 1.
Potentia, civit. est Lucanorum in Italia, Ptolom. Vulgò *Potenza en Basilicata*.
Potentini, pop. sunt Lucanorum in Italia. Plin. lib. 5.
Portercus, fluv. Cretæ inter duas civ. Gnoson. Gottynam.
Porticara, civ. est Persidis regionis. Ptol.
Potidæa, civ. Macedoniæ, quæ posteà Casandria.
Potidania, vrbs Ætoliæ, gentile Potidanites. Steph.
Potina, fons est propè Thebas Bœotias. Strab.
Potina, opp. est Bœotię, ex quo Glaucus fuit, & à quo Potinus dictus. Steph.
Pontina, Dea quam veteres à potando dixerunt.
Pontitius, & Pinarius, Sacerdotes fuerunt Herculis, à quibus.
Pontiorum, & Pinarium familiæ genus, & nomen habent.
Potnia, vrbs in Bœotia, non longè à Thebis.
Potneolicus, a, um. Plin. lib. 36. Potneolicæ, & Ravene.
Potnias, adis, Virg. *Potniades malis membra assumpsere quadrigis*.

## P. ANTE R.

Praaspa, vrbs Atropatanæ, gentile Praaspænus. Steph.
Pracana, civit. est Sarmatiæ in Europa.
Practius, civ. Ponti, quæ Troianis auxilia misit. Hom. Iliad.
Prancium, civit. est Galliæ. Ptol.
Prægutij, pop. Italię, qui Marsis magis Orientales sunt, hodie Pręcutini.

Præ-

Præneste, opp. est Latij mediterraneum. Vulg. *Palestina.*
Prenestini, pop. Prænestes incolæ. Cic. 2. de Divin.
Preyestinus, a, um, possessivum, vt prænestinæ Bracteæ. Plin.
Prænusum, opp. est in Italia. Strab. lib. 5.
Prepenissus, civ. est Mediterran. Mysiæ superioris.
Præpesinthus, ins. est vna è Cycladibus. Plin. lib. 4. cap. 12.
Præsus, vrbs Cretæ gentile Præsius, & Præsus. Steph.
Prætoria Augusta, civit. est in Dacia. Ptol.
Prætorium, oppidum est in Pannonia superiori. Ptol. (mus.
Prætanicé, à Grecis dicitur, quam nos Britanniam appella-
Prætutium, opp. est in Piceno. Ptol.
Prætutiana Regio in eodem Piceno.
Prætutium, an præcutium, vel prægutium dicatur, vide.
Præturius, an præcutius, a, um, Sil. *Dormitat Prætutia nubes.*
Pras vrbs Perrhebiæ, gentile Prantes. Steph.
Prasi, civ. est in Attica regione. Strab. lib. 9.
Prasias, palus est Pæoniæ. Herod. lib. 5.
Præsidium, civ. in Thracia. Ptol.
Prasij, pop. sunt Indiæ. Plin. lib. 6. cap. 18.
Prassum, prom. est Æthiopiæ sub Ægypto.
Prasum, opp. est Cretæ. Strab. lib. 10.
Prasij, pop. sunt eiusdem Cretæ. Strab. lib. 10.
Pratosa, civ. est in Peloponneso. Strab. (melia.
§. Pratum mellis, opp. Momoniarum in Ibernia, v. de Clom-
Prausi, pop. sunt in Gallia Narbonensi.
Praxaspes, Persa nobilis, vi Smerdini Cambisæ fratrem occidit. Herod. lib. 3.
Praxidice, Nympha ex Tremilite filium habuit Cragum, qui Lyciæ monti nomen dedit. Steph.
Praxilus, vrbs Macedoniæ gentile Praxillus. Steph.
Praxiteles, statuarius marmore nobilitatus duplici Venere, Gnidda, & Coa. Plin. lib. 3.
Præcianiæ, pop. Aquitani Cæs. de bel. Gal.
Precius, locus est Ciceronis pro Milone.
Priamus, Rex Troiæ, Laomedontis Regis Troianorum filius à Pyrrho propè aram Iovis occisus.
Priamus alius, Politis filius, superioris nepos. Virg. (cuba.
Priameius, a, um, 5. syllabarum, vt cōiux priameia, id est, He-
Priamides. Virg. *Priamidem laniatum corpore toto.*
Priapeia, carmen obscœnum, quod alij Virg. alij Ovid. prescribunt.
Priaponnesos ins. est in sinu Ceramico. Plin. lib. 5.
Priapus, Bacchi, ac veneris filius, hortorū Deus creditus est.
Priapus, vrbs est Hellesponti. Plin. lib. 5. cap. 32.
Priapus, ins. est contra Ephesum. Plin. lib. 5. cap. 31.
Priene, opp. est Ioniæ regionis. Strab. lib. 12.
Priene, ab Amazonibus condita. Diod. lib. 4.
Prienæus, sive Prienensis Rex illius oppidi.
Prilles, fluv. est in Hetruria. Plin. lib. 3. cap. 5.
Primis parva, vicus est Æthiopiæ Ægypti. Ptol.
Primis magna vicus quoque Æthiopiæ Ægypt.
Prinassus, vrbs Cariæ, gentile Prinasсis. Steph.
Princessa, ins. est inter Leucadiam, & Achaiam. Plin. lib. 4.
Priola, vrbs propè Heracleam gentile Priolæus. Steph.
Prion, flumen est in Arabia Felicis. Ptol.
Prion, mons est in ins. Co propè Rhodum. Plin. lib. 3.
Priscianus Cesariensis scripsit de arte Grammatica.
Priscillianus, hæreticus quidam, Vide Divum Isidorum, 24. quæst. 3. cap. quidem, §. Priscillianistæ.
Priscillianistæ, dicebantur sectatores Priscilliani.
Priscus Eluidus, sub Nerone quæstor Achaiam administravit, Tacitus, Probus.
Priscus, Panites genere, scripsit historiam Constantinopolitanam, & Atticæ lib. 8. Suid.
Privernum, opp. est Mediterr. in Latio. Ptol. Vulg. *Piperno.*
Privernales pop. sunt in Latio. Plin. lib. 3. cap. 5.
Privernas, atis, vt Privernatia. Plin. lib. 14. cap. 16.
Privernus viri proprium apud Maronem, lib. 9.
Proana, vrbs Thessaliæ, gentile Proanæus. Steph.
Proana, vrbs Mellensium, incolę Prolinij. Steph.
Probalinthos, opp. est in Attica regione. Plin. lib. 4. inde Probalinthius. Steph.

Probus Beritius, Grammaticus Romæ docuit. Suet.
§. Probus. Ibernus, scripsit vitam S. Patricij, Possev.
Procax, Rex Albanorum, qui Amulium, & Numitorem filios habuit. Virg. lib. 6 (*Procida.*
Prochyta, ins. est in sinu puteolano, dicta quasi protula. Vul.
Procle, vrbs Lydiæ, gentile Procleus. Steph.
Procli, ins. est deserta, post Sunium iuxta Laurion. Pausan.
Proclus Lycius, discipulus Syriani. Philosophus Plaut. cuius Comment. in Plat. habemus.
Proclus Malleotes patria, scripsit in sophismata Diogenis, & contra Epicurum. Steph.
Proclus cognomento Proculetus scripsit in pandote fabulam Hesiodi, & alia quædam geometrica.
Proclus Naucratica, quę vnum è suis pręceptoribus fuisse, memorat Philostratus. (*Marmora.*
Proconnesus, insul. est in Propontide ante Gizeum. Vulgò
Proconnesus, opp. est minoris Asiæ. Herod. lib. 6.
Proconnesus, a, um, Herod. Metrodorus Proconnesius Dux ab Hellesponto.
Procopius, è Cæsarea Palæstinæ, orator, & sophista, scripsit res gestas Iustiniani Principis, cuius scriba fuit.
Procrix, vxor fuit Cephali, Iphidis filia. Ovid. 7. Metam.
Procrustes, latro insignis in Attica regione. Plut.
Proculeius, eques fuit Romanus, Augusti amicissimus. Plut.
Proculus, cognomen eius, quia navis fit patre peregrinante à patria procul.
Procuse, ins. est circa Ephesum. Plin. lib. 5. cap. 31.
Procion, stella quę & Syrius dicitur. Plin. lib. 18. cap. 38.
Proerna, civit. est Thessaliæ. Strab. lib. 9.
Prætides Thebarum portæ sunt, lege Aldum in pāt.
Prœtides, Prætifiliæ, poetarum carminibus celebratæ.
Prœtus, Abentis Regis Argivorum filius, cui successit in Regno. Hom. Odiss. 11.
Progosea, vrbs Lydiæ, à Progaso Melampolis filio. Steph.
Progne, Pandionis Atheniensium Regis filia, quæ cur Terreo Thracum Rege matrimonio iuncta est. Ovid. lib. 9.
Progne, ins. est contra Rhodum. Plin. lib. 5. cap. 31.
Promatica, civ. est Mysiæ inferioris. Ptol.
Prometheus filius Iapeti fuit, & pater Deucalionis.
Promontorium album, est in Phœnice. Plin. lib. 5. cap. 19.
Promontorium Appollinis, est in Mauritania, Cæsar.
Promontorium candidum, est in Africa. Solin. cap. 40.
Promontorium Mercurij est in eadem Afric. Solin. cap. 40.
Promontorium Sacrum, est in Lusitania. Vulgò. *Cabo de San Vicente.*
Promontorium Minervæ est iuxta Surrentum. Ovid. 15. Metam. Vulg. *Cabo la Minerva.*
Pronastę antiqui, pop. Bœotiæ. Steph.
Propalè, vrbs Siciliæ gentile Propaleus. Steph.
Propertius, Elegiarum Poeta, ex Manania oppido oriundus, quod est in Vmbria.
Propontis, idis, mare inter Hellespontum, & Bosphorum Thracium. Vulg. *Mar de San Georgio.*
Propontiacus, a, um, propè Tulle, Propontiaca, quia fuit Isthmos, à qua.
Prosa Dea, cui ara deprecandi gratia periculi ab ægro partu constituta est. Gel. lib. 15. cap. 16.
Proselemmenitæ, pop. sunt in Galatia. Ptol.
Proselena, civ. est phrygiæ minoris in Asia propria.
Proserpina Luna dicitur, Iovis ex Cerere filia, Græcis Persephon, de cuius raptu Cic. in Verr.
Proserpinam à Proserpendo dictam asserit. Agust. lib. 9. de Civit. Dei.
Prosoditæ, pop. sunt Ægypti. Ptol.
Prosorpites, nomos, præfectura est in Ægypto. Ptol.
Prosopotes, insul. in Dalta Nili, quæ vocatur Natho. Her. l. 2.
Prosoponthei, id est, persona Dei, civ. est Ægypt.
Prospalta, vicus in Acamantide tribu, incola Prospalius. St.
Prostama, civ. est Pisidiæ in Pamphilia. Ptol.
Prosumus, iudex inferorum, de quo vide Arnobium, lib. 5. adversus gentes.

Prosimuna, civ. est in Pelopon. in qua Iuno colitur. Strab.
Protagoras Abderies, Phil. Democriti auditor.
Protagoras alius, Astrologus, in quem Euphorion Epicelum scripsit. Diod. (ponsum. Cic.
Protagorius, & Protagoricus, a, um, vt protagoricum res-
Prote, insul. vna est Cicladibus. Plin. lib. 3. cap. 5.
Prote, ins. est ante Zazinthum. Plin. lib. 4. cap. 12. Vul, *Pruodo*, gentile Protheus. Steph.
Prote, filius Isiphyli, vnus fuit ex Græciæ Principibus interpret. primus populi.
Protesilai turris, & delubrum propè Hellespontum. Plin. l. 4.
Proteus, Deus Marinus, Oceani, & Tethyos filius, à quo.
Proteo mutabilior, proverbium in vafrum, & versi pellem, Erasm.
Protenor, vnus ex Bœotiæ principibus, qui ad Troiam venerunt. Homer. lib. Iliad. 2.
Prothons, vnus è Græcorum Ducibus, qui ex Magnesia ad Troiam venit. Homer. Illiad.
Protogenes, viri proprium, significat aliquem primi generis.
Protogenes, pictor nobilissimus, cui patria fuit Caunus. Plin. lib. 35. cap. 10.
Protogenia, Deucalionis fuit & Pyrrhæ filia.
Protomacera, civ. est in Ponto. Ptol. (Steph.
Proxenupolis, vrbs iuxta Neucratiam, civis Proxenupolites,
Prusa, civ. est in Ponto, & Sithynia. Ptol.
Prusa, vrbs apud Mysios ad radices Olympi, quam Prusias condidit. Strab. lib. 11. à qua (des Prusiensis.
Prusienses dicti, ab altera autem Prusenses. Plin. Asclepia-
Prusiacus, a, um. Sil. *Donec Prusiacas, delatus signifer oras.*
Prusias, Rex Bithiniæ, apud quem Annibal exulavit, postquam victus à Romanis deposcebatur ad pœnas.
Primnesia, civit. est Phrygiæ magnæ. Ptol.
Prymno, Nympha Oceani, & Tethios filia. Hesiod.
Prytaneum Athenis locus, in quo iudices versabantur. Cic.
Prytaneum in Siphino, ins. est. Herod. lib. 3.

P. ANTE S.

Psacum, promont. est Cretæ insulæ. Ptol.
Psamate, fons est Bœotiæ regionis. Plin. lib. 4. cap. 7.
Psammatus, opp. est Laconiæ. Plin. lib. 4. cap. 5.
Psammenitus, Amasis filius, & Hgyptiorum Rex. Her. lib. 5.
Psammetichus, Rex Ægypti, cujus tempore 208. Ægyptiorum millia ad Æthiopes transierunt. Strab. lib. 16.
Psaphara, civ. est in Macedonia.
Psaphis, locus est in Attica. Strab. lib. 9.
Psaphis, vocatur arx Zazinthi insulæ.
Psaptos, fluv. est Sarmatiæ Asiaticæ. Ptol.
Psebo, regio interior, quam Æthiopia. Steph.
Pseas, Nympha satelles Dianæ. Ovid. lib. 3. Metam.
Pselcis, civ. est Ægypti. Ptol. (Steph.
Psenaco, vicus in Athribitæ præfectura, incolæ. Psenacatæ.
Pselus nomen auctoris, qui de ratione victus scripsit.
Psentris, Ægyptius vicus, gentile Psentrites. Steph.
Pseudactace, collis in Scythia, post montem qui Sanctus appellatur. Steph.
Psedocelis, civ. est Arabię Felicis. Ptol.
Psile, ins. est contra Ephesum. Plin. lib. 5. cap. 31.
Psophus, opp. est Arcadiæ. Ptol.
Psophis, sic dicta à Psophide Elycis Sicani filio. Plin. lib. 4.
Psophidius, a, um, res ad Psophidem pertinens.
Psophidius, Plin. lib. 7. Mendose legitur, pro Sophidius.
Psophidius, quoque legendum est apud Valerium, non Sophidius.
Psychia, ins. vna Cycladum, quæ aliàs Amargos. Steph.
Psycharus, fluv. in terra Assyri Chalcidicum agrum præterfluens.
Psychrus, vocatur à nimia Illius frigiditate. Arist.
Psylli, pop. sunt Africæ ad Syrtim minorem. Plin.
Psyra, ins. est iuxta Chium. Strab. lib. 14. Vulg. *Pasara.*
Psyra, ins. est in sinu Ceramico. Plin. lib. 5. cap. 31.
Psytralia, ins. est ante Salaminiam Atticæ. Plin. lib. 4.
Psytralia, civ. est in Africa. Strab.

P. ANTE T.

Ptelea prius dicta est, quæ postea Ephesus. Plin. lib. 5. c. 31.
Pteleon, oppid. est Bœotiæ regionis. Plin. lib. 4. cap. 8.
Pteleon, opp. est Messeniæ in Peloponneso. Plin.
Pteleon, nemus est in sinu pegaseo. Plin. lib. 4.
Ptoleon, opp. est Ioniæ propè Mamanta montem.
Pterea, vrbs Cappadociæ, quam Birus expugnavit. Her. l. 1.
Ptelophoros, Regio est iuxta Riphæos montes. Plin. lib. 4. cap. 13. vbi creduntur esse mundi cardines.
Ptolemæus, Latij gregarij militis filius, apud Alexandrum, maximæ auctoritatis, regnavit in Ægypto, anno 40.
Ptolemæus Philadelphus, huius filius patri in Regnum successit, construxitque Bibliothecam celeberrimam.
Ptholemæus Energetes, i. veneficus, regnavit, anno 26.
Ptolemæus Philopater, 17. annis in Ægypto regnavit.
Ptolemæus Epiphanes, Rex Ægypti fuit anno 24.
Ptolemęus Philopater, annis 25. deinde.
Ptolemæus Evergentes alius, viginti novem.
Ptolemæus Phiton, qui & Soter, annis 17. regnans.
Ptolemęus, Dionysius, qui caput Magno. Pomp. ascidit.
Ptolemæus, Cyprorum Rex, qui suis divitijs Romanorum locupletavit ærarium.
Ptolemæorum seriem describit. Strab. lib. 17.
Ptolemæus Astrologus, natione Ægyptius Alexandriæ pto. fessus est, temporis Traiani. Cæl.
Ptolemæus quoque, sex alios nomine commemorat. Suid.
Ptolemæus, Alobi filius, Simonis Ducis Iudæorum gener, Ioseph.
Ptolemæus, a, um. Propert. *Et Ptolemæa littora capta phari.*
Ptolemais, opp. Ptolemaidis, in margine maris Rubri.
Ptolemais, opp. est Phœnices, colonia, Claud. Cæsaris.
Ptolemais, oppidum est Cyrenaicæ regionis. Ptolom. Vulgò *Tolomita.*
Ptolemai, opp. est Arabiæ. Pomp. lib. 3. cap. 1.
Ptolemais, opp. est in Ægypti, & Æthiopia. Strab. lib. 16.
Ptua, civ. est Armeniæ maioris. Ptol.
Ptycia, ins. est propè Corcyram. Plin. lib. 4. cap. 12. Vulg. *Isla del Guido.*

P. ANTE V.

Publicola, cognomen Publij Valerij, qui primus cum Bruto post expulsus Reges Consul declaratus est. Liv.
Publius, & Laberius Poetæ mimographi, Iulij Cæsaris Familiarus. Gel.
Publius cognomen eius, qui populo gratus fuit.
Pucialia, civ. est Hisp. Ptol.
Pucinum, castellum est Venetæ regionis. Plin. lib. 3. cap. 14.
Pucinum, opp. est Istriæ Mediterraneum. Ptol.
Pucinum, vinum ab opp. pucino in quo nascitur. Plin. lib. 14.
Punicus, nomen quo Carthaginenses vocantur, vnde.
Punica bella dicuntur, quæ Romani gessere cum Carthaginensibus.
Punsa, civ. est Libyæ interioris. Ptol.
Pupius, poeta tragœdiographus, cuius poeta lacrymosa vocavit. Horat. epist. lib. 1.
Pupulum civ. est Sardiniæ insulæ. Ptol.
Pupput, an pupud, opp. est Africæ propè Byzantium.
Puppud, nomen in d, desinens per actum protulit. Prisc.
§. Purgatorium, oppid. Vltoniæ in Ibernia ab admirabili illo S. Patricij purgatorio, ita dictum. Ocahasa vindicat. 2. c. 1.
Putea, civ. est Africæ sub Adrimito. Ptol.
Putea, civ. est Palmyrenæ regionis Syriæ. Ptol.
Puteoli, orum, civ. est in ora Campaniæ. Plin. lib. 3. c. 4. Vulgò *Pozzolo.*
Puteolanus sinus qui adiacet puteolis dicitur.
Puteoli, prius Dicæarchia, & Delos Iunior dicta est.
Putticuli, genus versutissimum est sepulturę. Fest.
Puticuli, à puteis dicuntur, quod ibi cadavera sepultorum putrescerent.
Putriculi, locus erat publicus vltra Exquilias.

P. ANTE Y.

Pydes, vrbs & fluv. Pisidiæ, gentile pidesius. Steph.

Pię-

Pyenis,vrbs Colchorum, gentile Pyenites. Steph.
Pygmæi,pop.sunt Indiæ Pomiliones. Plin.lib.7. cap.2.
Pygnæi,dicti à pygmon,onis,quod est cubitus.
Pygmæi,vel ab eo dicuntur,quod pytosion,i,cubitale.
Pygmæi quoque sunt in Thracia. Plin.lib.4. cap.11.
Pygmalion, filius fuit Cilicis, qui Paphum suscepit ex Eburnea matre.
Pylacoum, opp.est Phrygiæ magnę. Ptol.
Pylades,filius Strophij phocensis Orest.amicissimus.
Pylæ,arum,quæ Latinæ dicuntur portę montium.
Pylæ,montes sunt in Æthiopiæ, Ægypto. Ptol.
Pyle,locus Arcadiæ, gentile pyleites. Steph.
Pylemones, Dux paphlagonum, ex his qui in Troianorum auxilium venerunt, à Menelao interfectus.
Pylartes, vir Troianus, ab Aiace interfectus. Hom.
Pyle,es,opp.est in Arcadia. Plin.lib.4. cap.6.
Pylene,civ.est Ætoliæ. Hom.2.Illiad.
Pylia,vrbs quam pylij in Italiam traijcientes condidere.
Pylij,pop.sunt in Peloponneso. Strab. lib.8.
Pylos,opp.est Elidis in Achaia. Plin.lib.4. cap.5.
Pylos,opp.Messeniæ à Deleo conditum, Vulg.*Navarino*.
Pylius,a,um,à pylo,opp.Messeniæ, Iuv. Rex pylius magno.
Pynoma,ins.est prope Britanniam. Sol.
Pyracnon,inter Cyclopes numerantur. Virg.lib.8.Æneid.
Pyrechmes,viri proprium,cuius sæpè meminit, Hom.
Pyrea,pars Thessaliæ à pyra nominata. Steph.
Pyræ,opp.est Latij prope Phormias. Plin.lib.3. c.5.
Pyræi,pop.fuerunt Byburniæ. Plin.lib.3. cap.22.
Pyræum,promont.est Atticæ regionis.
Pyramus,adolescens Babylonius, qui amore Thisbe se interemit. Ovid.lib.1.Metam.
Pyramus,fluv.est Ciliciæ. Pomp.lib.1.
Pyrander,Quæstor Atheniensis à pop.saxis obrutus.
Pyranthus, vrbs parva, aut vicus Cretæ iuxta Cortynum, incolæ pyrrhanthij. Steph.
Pyrasus,vir Troianus. Ab Aiace interfectus. Hom.
Pyrasus,civ.in Thessalia. Strab.lib.9.
Pyrene,pulla in Pirinæo monte ab Hercule compressa hinc.
Pyrenai montes dicti,qui dividunt Galliam, & Hispaniam.
Pyrene,mons est idem, qui Pyrinæus.
Pyrenis,idis,à Pyrene,Ovid.Ephyras Pyrenides vndas.
Pyrenæus, a, um, Luc. *Iamque Pyrenea, quas nunquam solvere Titan.*
Pyrenæus, Rex Thraciæ, qui Daulidam vrbem Phocidis occupavit. Ovid.lib.5.Metam.
Pyretos,fluv.est Scythiæ in Istrum cadens. Her.lib.4.
Pyretos,Græcis indigenis autem parata appellatur.
Pyrgenses,pop.sunt Messeniorum.
Pyrgi, orum, opp.est Hetruriæ propè Romam. Plin. lib.3. cap.5. Vulg.*Civita Vecchia*.
Pyrgi,civ.est in Peloponneso. Strab.8.
Pyrgo,nomen fuit nutricis Priami,Virg.lib.5.Æneid.
Pyrgoteles gemmarum sculptor artificiosissimus,lib.37.
Pyrgus Euphanta,opp.est Syrtis magnæ. Ptol.
Pyrgus,opp.est in ins.Thera. Her.lib.4.
Pyrnus,vrbs Cariæ, cives Pyrnij. Steph.
Pyro,Nympha quædam Oceani,& Tethyos filia. Her.
Pyrodes, Cilicis filius, qui primus ex silice ignem excussisse dicitur.
Pyropelis,pop.sunt Thraciæ. Plin.11. cap.11.
Pyrois,vnus ex equis Solis, quasi ardens.
Pyronea,vrbs Locridis à Pirone quodam. Steph.
Pyrpile,priùs dictis,quæ posteà Delos, Vulg.*Sciles*.
Pyrpile dicta,quod ibi ignis primò repertus fuerit.
Pyrrha,vxor fuit Deucalionis. Ovid.1.Metam.
Pyrrha, opp. est Cariæ conventus Alabandici. Plin. lib. 5. Vulgo *Demoniari*.
Pyrrha,vrbs fuit in Lesbo,ins. Plin.lib.5. cap.31.
Pyrrha,ins.est in sinu Ceramico. Plin.lib.5. cap.31.
Pyrrha,opp.fuit in Phocide regione. Plin.lib.4.
Pyrrhæi,pop.sunt harum civitatum incolæ.
Pyrræi pop.etiam sunt finitimi Epiro.
Pyrræi Æthiopes pop.sunt Libyæ interioris. Ptol.
Pyrrhia,proprium mulieris apud Horatium,lib.1.Epistol.
Pyrrho, Philosophus Elidensis discipulus Anaxarchi.
Pyrronij, Philosophi dicti, quos Gręci Scepticoys, id est, consideratores appellant.
Pyrrhus,Rex Epirotarum Archillis & Deidamiæ filius.
Pyrrhus,Latinè,interp.fulus,sive rufus,vnde.
Pyrrhus, à capillorum qualitate vocatus est, cum priùs Neopolemus diceretur, Serv.
Pyrrhus, campus est in Mauritania Tingitana. Ptol.
Pystira,ins.est propè Smyrnam. Plin.lib.5. cap.31.
Pythagoras,Samius Philos. patre Demarato.
Pythagoras dictus,quod vera Pythio non minus loqueretur.
Pythagoræi,qui sectam Pythagoræ tenent, Quint.
Pythagoræus,a,um,vt Pythagoræa somnia. Horat.
Pythagostæ,qui vitam Pythagoræ imitantur.
Pytheum,civ.est Pelasgiotarum in Macedonia.
Pythia,civ.est Phocidis in Achaia. Ptol.
Pythia, orum, ludi Apollinares, in Apollinis honorem instituti in Pythio Macedoniæ loco.
Pythias, mulier apud Horat. Pythias emuncto lucrata Simone talentum.
Pythis, promont.est Marmaricæ regionis. Ptol.
Pythius, cognomen Apollinis, à Pythone dracone, quem interfecit. Strab. lib.9.
Pythrodorus,sculptoris eximij proprium.Plin.lib.36. c.5.
Python,locus in Asia,Plut.Contendunt in Pythonem. Vide Plin.lib.10. cap.9.
Python,serpens quem Apollo interfecit.
Python,onis,opp.est Phocidis. Hom.2.Illiad.
Python Orator Byzantius apud Philippum Macedonię Regem,cuius meminit Aeschines.
Pythopolis,civ.in Asiæ parte, quæ Mysia vocatur.
Pyxis, vrbs in Mediterranea parte Oenotriorum, à qua fit gentile Pyxius. Steph.
Pyxithes,fluv.est in Themis Cyrena ad Trapezuntem.Plin. lib.6. cap.4.
Pyxus,opp.est,& fluv.Lucaniæ in Italia, à Plin.lib.3.
Pyxus quoque civitas in Caria.
Pyxus,vrbs Siciliæ,à Myantho condita, qui habitat Pyxuntius.Steph.

## DE LITTERA Q.

Quadi,pop.sunt, qui carnibus equorum, vulpiumque delectantur.
Quadratis,Bohemorum olim gens,sicut & Marcomani.Tac.
Quadrata, Romæ locus in Palatio ante templum Apollinis dicitur.
Quadratus,Apostolorum discipulus, ac Præsul Atheniensis Eusebius lib.3. cap.27.Historiæ Eccles.
Quari,opp.Galliæ Narbonensis. Strab.lib.3.
Quariates,pop.sunt Provinciæ Narbonensis. Plin.lib.5.
§.Queria territorium,sive Comitatus Momoniarum in Ibernia,& titulus Baronis,Ocahasa vindicat.2. cap.1.
Querquerni,populi conventus Bracarensis in Hisp. Ptol.
Querquetulana, porta Romę, à Querqueto, sive Querceto dicta.
Querquetulanæ, Nymphæ Querqueto virescenti prædidentes.
Querquetulani pop.ab opp.Latij,quod interijt. Plin.
Quietalis, Pluto dictus est,quod quies ad mortuos maximè pertineat, aut potiùs quod mors quies sit ærumnarum omnium.
§.Quilcoquia, opp.Lageniæ in Ibernia.
§.Quildaria,opp.Lageniæ in Ibernia, Sedes Episcopalis, & Comitatus,à quo Comes Quildarich dictus.
§.Quildalonia,sive Laonia, oppidum, & Sedes Episcopalis Momoniarum in Ibernia.
§.Quillesia,oppidum in Ibernia.
Quismaloquia,opp.Momoniarum in Ibernia,ac Vicecomitis titulus.
§.Quilmoria,opp.ac Sedes Episcopalis Vltoniæ in Ibernia.
§.Quilnimalagia,opp.Momoniarum in Ibernia.
§.Quilquennia, vrbs prætoria, & elegantissima Lageniæ in Iber-

Ibernia,aeris,& soli temperatura, ac fertilitate nunquam satis laudata.

§.Quilcuisia,opp.Momoniarum in Ibernia, ac portus maritimus.

§. Quinsalia , opp. ac portus maritimus Momoniarum in Ibernia, & titulus Baronis.

Quinquatria,dies festus Minervæ, quòd post diem quintum Iduum celebraretur, sic dictus.

Quintilianus Rhetor , ortus in Hispania in Calagurritana; primus è fisco salarium tulit Romę.

Quintilius, Virg. & Horatij familiaris fuit, Euseb.

Quintius,& Quintus,cognomina antiquitus in magno vsu.

Quintina,porta in castris post prætorium, vbi venalium forum solet esse.

Quintia prata,trans Tyberim à Q.Cincinnato.

Quintipor,servile nomen apud veteres,vt Publipor.

§.Quirinus,Ibernus Episcopus, ad quem S.Gregorius Magnus Romanus Pontifex epistolam scripsit , quem habetur tom.4.operum eiusdem Sancti,lib.4.in diction.4. cp.61.

Quirinus mons dicitur cum est tranquillus,cum sævit Gradivus.

Quirinalis mons , sive collis, vnus è septem Romæ, Vulgò *Montecavallo*.

Quirinalis,porta Romæ dicitur,quod ea in collem Quirinalem itur,sive quod proximè eam sitQuirinale sacellũ,Fest.

Quirites,Romani dicti sunt à Quirino,id est,à Romulo,qui. Quirinus appellatus est, quod hasta , quam Sabini quirim vocant,assiduè vteretur, Serv.

Quirinalia,orum,dies quo Quirino sacræ fiebant. (Liv.

Quirites,quoque Romani appellati à Curribus Sabinorum,

Quiza,opp.est Mauritaniæ Cæsariensis.

DE LITTERA R.

Raba,vrbs est ad sinum Ionicum,gentile Rabæus. Steph.

Rabathmoma, vrbs Palæstinæ,quæ nunc Arcopolis. Steph.

Rabbat,metropolis est filiorum Ammon , quę hodie Philadelphia.

Rabbatamna,vrbs Montanæ Arabiæ. Steph.

Rabirius eques Romanus , quem contra T. Labienum defendit Ciceron.

Rabirius,poeta quidam temporibus, Ovidii.

Racalami,pop.sunt Sarmatiæ in Europa. Ptol.

Racaræ,campi sunt in Germania magna. Ptol.

Racillus,Tribu.pleb.qui de Clodianis facinoribus est questus in Senatu, Cicer.in Epist.

Radagasus, Gothorum Rex, dicitur habuisse sub signis supra ducentorum armatorum millia,Diaconus.

§.Radulfus,Ibernus,Archiepiscopus Casseliensis, scripsit in iure Canonico librum,epistolas item familiares, vivebat anno 1347. Ocahasa vindicat.3. cap.1.

Rætiara,civit.est Mysiæ superioris. Ptol.

Ramidava,civ.est in Dacia. Ptol.

Ramneres,tertia pars pop.Romani,tempore Romuli.

Ræmunenies ijdem,qui Ragnetes. Liv.lib.1.

Raphanea,civ.Syriæ regionis. Ptol.

Raphia,civ.est Iudææ Palæstinæ,quæ Iudæis Romæ dicitur.

§.Rapotia, opp.Vltoniæ in Ibernia,vnde Episcopus Rapotensis, Ocahasa vindic.2. cap.1.

Rastia,civ.est Ptol. in Gallia.

Ratacensi,pop.sunt Dacię. Ptol.

Rataneum,castellum,est in Liburnia.Plin.lib.3. cap.22.

§.Rathmoria,opp.Medię in Ibernia,à quo Baro Rathmorię, Ocahasa vindicat.2. cap.1.

Rastiastum,opp.est Pictonuum in Aquitania.Ptol.

Ratumena,porta Romæ,à Ratumena equorum agitatore.

Raduscula,porta.per u, in prima,an Randuscula per n.

Raduscula , porta Romæ , ab eo quod Raudum piscis dicebatur æs.

Ravena,civ.Sabinorum in octava Italiæ regione. Plin.

Ravenas,atis, gentile Ravennates.

Rauraci,pop.sunt Galliæ Belgicæ.Plin.lib.4.cap.17. *Pueblo en aquellos Lugares,donde oy baliamos Basilea.*

Rauriaca,civ.est eadem in Gallia Belgica.

R. ANTE E.

Reate,civ.est Sabinorum in Italia. Plin.lib.3.cap.12.Vulgo *Rieta en la Sabina.*

Reatini,pop.Italiæ iuxta vrbem Reatæ.

Reatinus ager vmbilicus Italiæ. Solin.

Recacinum, civ. Italiæ , quæ à priscis Recinata dicebatur, Vulgò *Recanati.*

Reduculi,fanum Romæ erat extra portam Capenam.

Redintovinum,civ.est in Germania. Ptol.

Regia,opp.est Boeticæ conventus Gaditani. Plin.lib.3. c.1. Vulgò *Vaena.*

§.Regia , sive villa regia , opp. Conaciæ in Ibernia portus maritimus,& titulus Baronis, Ocahasa vindicat.2.cap.1.

Regiense,pop.sunt Regiæ superioris.

Regianum,pop.est Mysiæ inferioris. Ptol.

Regias,opp.est Syriæ Syristicæ regionis. Ptol.

Regillis,opp.Sabinorum,patritia gens Claudia orta est.

Regillanus , a, um, à Regellis, Suet.Appius Claudius Regillanus Decemuir.

Regillius, lacus in Italia , de quo Plin. lib. 33. Vulg. *Lago de Santa Praxede.*

Regium Lepidi,opp.est in Gallia Togata. Plin.lib.3.

Regienses,pop.sunt à Regio Lepidi cognominati.

Regiensis,è,Cicer.Hoc idem à te Regienses impetravisse.

§. Regius, lacus Conaciæ in Ibernia , Ocahasa vindicat.2. cap.1.

Regius,fluv.est Mesopotamiæ. Ptol.

M. Regulus Atilius , quem Carthaginenses refectis palpebris illigatum in machina vigilando necaverunt. Cicer. in Pisonem.

Remoria,locus in summo Aventino, vbi Remus de condita vrbe fuerat auspicatus.

Remus,filius Martis,ex Rhea virgine Vestali.

Remulinus ager,dictis à Remo possessus.

Remuria,vrbs est propè Romam, gentile Remuriates.

Resapha,civ.est Palmyrenæ regionis in Syria. Ptol.

Resi.pop.sunt propè Romam. Strab.

Resistos,opp.est Propontidis Chersoneso. Plin.lib.4.

Retigonum,opp.est Britanniæ insulæ. Ptol.

Retigionius, sinus est in Britannia ins. Ptol.

R. ANTE H.

Rha,fluv.Sarmatiæ Asiaticæ , Ptolom. alio nomine vulg. à Tartaris *Edel.*

Rhaabeni,pop.sunt Arabiæ desertæ. Ptol.

Rhabanitæ,pop. sunt Arabicæ Felicis. Ptol.

Rhabinathmonia,civ.est Arabię Petreæ. Ptol.

Rhabo,fluv.est Dacię. Ptol.

Rhacellus,vrbs Macedoniæ. Steph. (gio.Steph.

Rhacij,& Mantus,filia fuit Pamphile, à qua Pamphilia Re-

Rhacotes,Alexandria prius vocabatur. Steph. (lib.6.

Rhadamantus filius Iovis ex Europa,Rex fuit Lyciæ. Virg.

Rhadamantus,à poetis iudex fingitur apud inferos.

Rhadanusia,vrbs Massiliæ.gentile Radanusius. Steph.

Rhadina,civ.est in Peloponneso. Strab.lib.8.

Rhea,vrbs inter Scythiam,& Hircaniam,gentile Rhæus. St.

Rhæba,civ.est Iberniæ insul. Ptol.

Rhæda,civ.est in Arabia Felici. Ptol.

Rhæantheni,pop.sunt Arabiæ Petreæ. Ptol.

Rhagæ,arum.civ.est Medorum,vndè Rhagenus. Steph.

Rhagæa,civ.est in Parthia. Ptol.

Rhagina,regio est Mediæ. Ptol.

Rhamnes,sive Rhamnentes erant equites Romani.

Rhamnus,untis,civ.est in Attica regione. Ptol.

Rhamusia , Nemesis dicta , quod ibi templum habuerit ab Amphiarao conditum.

Rhamnus,untis, portus est Cretę ins. Ptol.

Rhamnus opp.est Cretæ Mediterraneum. Plin.lib.4.

Rhamnusius,a,um,ad Rhamnuntem pertinens.

Rhamnusia,indignationis dea,quam Græci Neme si vocent.

Rhamnusis,idis,Ovid.*Memoremque time Rhamnusidis iram.*

Rhampsinitus,Rex fuit Ægypti post Protea. Her.lib.2.

Rha-

Rhaphana, opp. est Decapoleos regionis. Plin. lib.5.c.18.
Rapsa, civ. est Mediæ regionis. Ptol.
Rhapses, pop. sunt Persidis regionis. Ptol.
Rhapta, civ. metropolis Æthiopiæ Ægypti in sinu Barbarico. Ptol.
Rhaptum, promont. est Æthiopiæ Ægypti. Ptol.
Raptus, fluv. est eiusdem Æthiopiæ in sinum Barbaricum profluens.
Rhæarium, campus in Eleusine, vndè Rharia regio. Steph.
Rhatini, pop. sunt Arabiæ Felicis. Ptol.
Rhatostathybius, fluv. est Britanniæ inf. Ptol.
Rhatta, civ. est Babyloniæ regionis. Ptol.
Rhaçus, vrbs in Mediterraneis Cretæ, gentile Rhaucius, (Steph.
Rhavius, fluv. est Iberniæ inf. Ptol.
Rhaunati, vicus est Arabię Felicis. Ptol.
Rhax, inf. est Lyciæ, gentile Rhagius. Steph.
Rhaxunda, civ. est Mediæ. Ptol.
Rhea, vxor Saturni, Cœli, & Terræ filia, quæ, & Cybele dicitur.
Rhea Sylvia, filia fuit Numitoris, Remi, & Romuli mater.
Rebas, fluv. est ad fauces Bosphori. Plin. lib.6. c.1.
Rhedones, pop. sunt Galliæ Lugdunensis in Armonica. Ptol. Vulg. *Los de Renes en Bretaña.*
Rhegena, civ. Arabiæ desertæ, Ptol. melius Beganna.
Rhegium, opp. est Brutiorum in finibus Italiæ contra Messanam. Vulg. *Regio.*
Rhegia columna, locus est iuxta fretum Siculum. Plin. Rheginus.
Regma, civ. est in Arabia Felici. Ptol.
Rhematices, iuxta sinum Persicum. Steph.
Rhemi, pop. sunt Galliæ Belgicæ. Plin. lib.4. c.17.
Rhene, insul. est vna è Cycladibus in Ægeo. Plin. Vulg. *Fermentia.*
Rhenus, fluv. est Germaniæ celeberrimus ab Alpibus defluēs.
Rhenus in Oceanum hodie tribus ostijs evolvitur, Altham.
Rheni primum ostium est, quod nunc Vahalis. Plin. Helium appellatur, quod Austrum labitur Rheni.
Rheni secundum ostiū quod medium est, nunc Leca dicitur.
Rhein tertium ostium est, quod nunc, Vulg. *Ifficij*, Pomponius, & Plinius Flavium appellant.
Rheni, orum, dicuntur, pop. Rhenum accolentes.
Rhenanus, a, um, vndè Cirrhenanus, & Transrhenanus, Cæs.
Rhenus, fluv. Italiæ parvus propè Bononiam. Plin.
Rhesada, vrbs Vmbrorum, gentile Rhesalenus. Steph.
Rhesino, vrbs circa Aborum fluv. gentile Rhesinates. Steph.
Rhesperia, ins. est non longè ab Epheso. Plin. lib.5.
Rhesus, Rex Thraciæ, qui Albis equis in Troianorum auxilium venit, à Diomede interfectus.
Rhesus, fluv. est Troadis Regionis. Plin. lib.5.c.30.
Rheti, pop. inter Alpinas gentes. Plin. lib.3. c.29.
Rhetia, regio est contermina Venetæ regioni. Plin.
Rhetia prima, vel superior, inter fontes Rheni, & Lycium fluvium. Vulg. *Suevia.*
Rhetia, secunda, vel inferior, inter Lycum fluv. & Danubij fontes. *Es parte de Bavaria entre el Danubio, y los Alpes.*
Rheticus, a, um, res ad illam pertinens.
Rhetico, onis, mons est in Rhetijs. Pomp. lib.3.
Rhetus, gigas quem Dionysius in leonem versus occidit.
§. Rheudanici, sive Brandanici, montes excelsi sunt in Ibernia, Ocahasa vindicat. 2. c.1.
Rheus, Centaurus quidam Ixionis filius. Luc. lib.6.
Rhexenor, Nausitoi filius, & frater Alcioni Phæacum Regis. Hom. Odyss.7.
Rhicina, ins. est vna ex quinque Ebudis. Ptol.
Rhigusa, civ. est in Hisp. Ptol.
Rhiundacus, fluv. est Ponti. Ptol.
Rhinocoruta. opp. est in finibus Palæstinę. Ptol.
Rhion, prom. est Ætolię regionis. Plin. lib.4.c.2.
Rhippe, vrbs Arcadiæ, gentile Rhipæus. Steph.
Rhipei venatores, pop. sunt Æthiopiæ Ægypti. Ptol.
Rhipæi, montes Scithiæ ex quibus Tanais oritur. Virg. *Ad Scythiam Rhip. easque arduus arces.*
Rhipæi, à Rhipe, quod iactus ventorum dicitur. Merula.
Rhiphæus, a, um, id est, Scythicus, & Aquilonaris.
Rhiphæus, vnus ex Centauris Izionis, & Nubis filius.
Rhiphæus, Troiani nomen apud Virg. lib.2. Æneid.
Rhisina, civ. est Mesopotamiæ. Ptol.
Rhitium, opp. est Pannoniæ inferioris. Ptol.
Rhitymna, opp. est Cretæ maritimum. Ptol. Vulg. *Retimo.* Indè Rhitymniates. Steph.
Rhitrus, portus est Ithacæ. Hom.1. & 2.
Rhizana, civ. est in Dalmatia. Ptol.
Rhizena, vrbs Cretæ cives Rhizeniates. Steph.
Rhizinium, opp. est Romanorum civium in Liburnia. Plin.
Rhizonicus, sinus est in Dalmatia. Ptol. Vul. *Golfo de Cattaro.*
Rhizophagi, pop. sunt Æthiopiæ Ægypti. Ptol.
Rhizus, civ. est Ponti Cappadocum. Ptol.
Rhizus, vrbs Thessaliæ, gentile Rhizuntius. Steph.
Rhoata, civ. est Parthiæ regionis. Ptol.
Rhoas, prius dicta est, quæ posteà Laodicæa. Plin. lib.5.
Rhobogdium, promont. est Iberniæ. Ptol.
Rhobogdij, pop. sunt Iberniæ insulæ. Ptol.
Rhocobe, opp. est Thracię regionis.
Rhodus, opp. est Rhodiorum in Provincia Narbonensi. Plin.
Rhoda, Hisp. civ. Vulg. *Rosas.* Livius, Inde Rhodam ventum.
Rhodanus, fluv. est Provinciæ Narbonensis. Vulg. *Roan.*
Rhode, fluv. est Sarmatiæ.
Rhodia, Nymph. nomen à fluendo. Hesiod.
Rhodia, opp. est in Lycia. Ptol. vndè.
Rhodiacus, a, um, Rhodus, a, um, & Rhodiensis, e.
Rhodiense Pelagus est in Asia propria. Ptol.
Rhodiopolis, opp. est Lyciæ regionis. Plin. lib.5. c.27.
Rhodius, fluv. est Troadis regionis. Plin. lib.5.c.30.
Rhodius, quoque est fluvius in Hispania.
Rhodius, præterea, est fluv. Sarmatiæ.
Rhodoë, vrbs Indica, gentile Rhodoëtes. Steph.
Rhodogune filia Darij, quæ post mortem viri, nutricem quæ illi secundas nuptias suadebat occidit.
Rhodope, mons est Traciæ ab Orpheo frequentatus. Vulg. *Montaña del Argento.*
Rhodope, sic dictus à Rhodope impia deorū contemptrice.
Rhodope, mons est Macedoniæ. Plin. lib.4. c.10.
Rhodopeius, a, um, Ovid. Rhodopeia Phyllis.
Rhodophone, Syria dicta est ea parte, qua transit Taurum montem.
Rhodophis, meretrix fuit in Thracia miræ pulchrytudinis. Herod. lib.2. & Plin. lib.36. c.12.
Rhodus, ins. & civit. in mari Lycio. Vulg. *Rodas.*
Rhodum, ins. nullo non die Sol aspicit. Cic.
Rhodussa, vrbs Argivæ terræ vnde Rhodussius.
Rhodus, equus fuit Mezentij. Virg. lib.10. Æneid.
Rhœteum, prom. fuit propè Troiam, quod, & Rhœtus, in quo sepultus Aiax Telamonius.
Rhœtæus, a, um. Virg. *Rhœtœoque in littore inanem.*
Rhœteus, a, um, Luc. & prima Rhœti littora.
Rhœtius, mons est Corsicæ insulæ. Ptol.
Rhætus, Marrubiorum Rex fuit in Italia. Virg. lib.5.
Rhoge, ins. est in mari Lycio. Plin. lib.5. c.31.
Rhogomanes, fluv. est Persidis regionis. Ptol.
Rhombitus magnus, fluv. est Sarmatiæ Asiaticæ. Ptol.
Rhombitus parvus, fluv. est in eadem Sarmatia. Ptol.
Rhodopolani, pop. sunt Scythici vltra Danubium.
Rhotomagus, civ. est Nerviorum Gallię Belgicæ. Ptol.
Rhotomogus, oppid. quoque est Veneliocastorum Galliæ Lugdunensis. Vulg. *Ruvan.*
Rhoxolani, pop. sunt Sarmatię in Europa. Ptol.
Rhoxolani, alijs mendosè Troxolani, alijs Ropolani dicuntur.
Rhuda, civ. est in Parthia. Ptol.
Rhuspe, Africæ minoris. Ptol. Vulg. *Alfaques.*
Rhybdus, castellum Sicilię, gentile Rhydæus. Steph.
Rhymvus, fluvius à quo Rhymnici populi, & montes Hermolaus in Plinium.
Rhyndacus, vrbs inter Phygiam, & Hellespontum. Steph.

Rhyn-

Rhynton,Poeta Tarentinus,nugator vilissimus. Cicer.
Rhypa,civ.est in Arcadia regione.
Rhypara,ins.est propè Samum insulam.Plin.lib.5.cap.31.
Rhyssadyon,prom.est Libyæ interioris. Ptol.
Rhysadiron,opp.est Mauritaniæ Tingitanæ. Ptol.
Rhytion,opp.est Cretæ mediterraneum. Plin.lib.4. c.12.

R. ANTE I.

§.Richardis Imperatrix Iberniæ Regis filia in Sanctorum classem relata, Fitzimon.
§.Richardus,Archiepiscop.Armacanus Ibernus plura scripsit,de quibus Trithemius. Claruit temporibus Caroli Imperatoris Quarti,& Innocentij Papæ Sexti, anno Domini 1376.
§.Richardus Stamhuistus Dublinensis Angelo Ibernus multa turpitèr, ignominiosè, & mendacis contra Ibernos antiquos scripsit, quæ sanctæ Inquisitionis Senatusconsulto in Regno Lusitaniæ combusta sunt Osullevanus in compendio.
Ricinentes,pop.sunt Piceni in Italia. Plin.lib.3.
Rigiæ,civitates in Ibernia. Ptol.
Rigni,pop.sunt Britanniæ insulę. Ptol.
Rigodunum,opp.est Britanniæ insulæ. Ptol.
Riguscæ,pop.sunt Rhœtiæ. Ptol.
§.Rincorania,portus maritimus Momoniarum in Ibernia.
Rinuci,pop.sunt Galliæ Belgicæ, lib.4. cap.17.
Ripa alta,civ.est Britanniæ insulæ. Ptol.
Ripepora fœderatorum,opp.est Bœticę. Plin.lib.3.
Risadir,portus est Mauritaniæ ad oram Oceani. Plin.
Risinum,opp.est Liburniæ. Ptol.
Rispia,opp.est Pannoniæ superioris. Ptol.
Rivum,prom.est Corsicæ insulæ. Ptol.

R. ANTE O.

Robigo, Dea quam Romani putabant rubiginem avertere. (Ovid.
Robigus, Deus cui Robigalia sacra fiebant 7.Kalend. Maij. Varr.de re rust. c.1.
Roma,nobilissima,& bellicosissima Italiæ vrbs.
Roma,septicollis dicta,quod septem colles habeat.
Romanus,a,um,qui è Roma est,vel Romam inhabitat.
Romanicus,a,um,àRoma,vt Romanica iuga.Cat.de re rust.
Romanensis,qui alibi ortus in Roma versatur.
Romanensem salem, qui alibi factus, Romæ venditur, exponit Merula.
Romana porta, apud Romam à Sabinis appellatur.
Romana porta,ab illis dicitur, quod per eam proximus ipsis aditus esset.
Romanula porta,Varroni porta Romæ cognominatur.
Romandi, pop.sunt Galliæ Belgicæ. Ptol. Vulg. *Los de Vermandois en Francia.*
Romaniam M.Antonius Sabellicus Traciam vocat.
Romantinum,fluv.est Venetæ regionis. Plin. lib.3. cap.26. Vulg.*Limina.*
Romantinum, portus quoque est in Venetæ regione. Plin. ibidem, Vulg. *Puerto de Lamatino.*
§.Romanus,Pontifex Romanus, anno 897.
§.Romualdus,Ibernię Regis filius,& Archiepiscopus Salernitanus,scripsit Chronicon,Possevinus. (venti sunt.
Romula, arbor dicebatur,sub qua Romulus, & Remus in-
§.Romuldus, Episcopus,& Martyr filius Regis Iberniæ, & Mæchlinensium Apostolus,Molanus.
Romulea,cognominata est,quæ posteà dicta Hispalis.
Romulus,Martis,& Iliæ filius,primus Romanus Rex.
Romuleus,a,um,vt Romulæ colles.Ovid.lib.3.Fast. (lidæ.
Romulide,dicti sunt Romani à Romulo,vt Saturni Romu-
Romus Vlyssis,& Circes filius. Steph.
Ropicium,opp.est Corsicæ insulæ. Ptol.
Rosea,campus in agro Reatino appellatur. Fest.
Roscius Ocho,Tribunus plebis legem tulit, quàm Rosciam vocat Liv.
Roscius Gallus comœdus,Ciceronis præceptor. Cic.
Roscius Amerinus,in causa parricidij defensus à Cic.
§.Roscomania, oppidum, & caput comitatus Conaciæ in Ibernia, vndè Comes Roscomaniæ.
Rosellæ,oppidum dirutum, iuxta Thermas Sancti Philippi, Vulg.*Rosella.*
Rosellæ,& Rosetum,in Aureliano itinere,vel Claud.sunt.
Rosologia,civ.est Tectosagum in Galatia. Ptol.
§.Rosqueria,opp.Lagenię in Ibernia.
§.Rossia,civ.Episcopalis Momoniarum in Ibernia.
§.Rossia,opp.ac portus maritimus Lageniæ in Ibernia.
Rostra, locus Romæ ex eo dictus, quo ex navibus hostium capta, & ibi fixa erant. Livius.
Rosolum,opp.est non longè à Roma, Vulg.*Monte Rose.*
Rotanus,fluv.est Corsicę insulæ. Ptol.
Rotunda, proprium nomen templi eius, quod Numa Pompilius Vestæ sacrarat. Fest.
Roxana,Darij filia,&Alexandri concubina.Plut.inAlexand.
Roxicum,Corsicæ insulæ civ.Ptol.lib.3.c.2.Vulg.*Rogelo.*

R. ANTE V.

Ruacensij,pop.sunt Sardinię ins. Ptol.
Ruaditæ,pop.sunt Ægypti. Ptol.
Ruba,civ.est Cyristicæ regionis in Syria. Ptol.
Rubeas,prom.est in mari Scythico. Plin.lib.4.
Rubi,orum,pop.sunt in Italia. Serv.
Rubi,orum,opp.Campanię à Rubrorum frequentia dictum.
Rubeus,a,um,à Rubis,Vulg.Virg. *Nunc facilis Rubea texatur fiscina virga.* (*Pissatello.*
Rubico,fluv.est Italiæ propè Ariminum. Plin. lib. 2. Vulg.
Rubon,onis,fluv.est Sarmatiæ in Europa. Ptol.
Rubra,civ.est Corsicæ insulæ. Ptol.
Rubrensis,lacus est in Provincia Narbonensi. Plin.
Rubricata,civ.est Leætanorum in Hispania. Ptol.
Rubricatus,fluv.est Numidiæ in Africa. Ptol.
Rubricatus,fluv.est Hisp.citerioris. Ptol.Vulg.*Lobregat.*
Rubrum mare est,quod alio nomine dicitur Erythæum.
Rubrum mare dictum, quia Solis repercussu aquas existimarum talem reddere colorem.
Rucantij, pop.sunt in Alpibus siti. Strab.
Ruconium, opp.est Daciæ. Ptol.
Ruciæ,arum,vrbs Salentinorum in Italia Ennij patria.
§. Rubertus, filius hæreditarius Regis Iberniæ, frater SS. Trudberti, & Erentrudis, primusque Salsburgensis Episcopus,Patronusque Pannoniæ, Bavariæ, & Noricorum, Molanus. (lita.
Rudusculana, porta Romæ, quòd rudis, impolitaque sit re-
Ruesium,opp.est Velannorum in Gallia Aquitanica.
Rufæ, arum, opp.est Campaniæ. Virg.lib.7.
Rufinus,vir consularis,à Fabricio censore damnatus.
Rufrimaceriæ, opp.est Campaniæ,Cato.de re rust.
Rufus Purpurio, legatus Romanorum in concilio Ætolorum. Liv.lib.32.
Rufus Centurio, sub Scipione Africano militavit, cuius res gestas scripsit Appian.
Rufus Virginius,orator egregius interfectus à Nerone.
Rufus,poeta Bononiensis,cuius Martialis meminit.
Rufus item medicus sub Trajano Principe multa conscripsit, Philostrat.
Rufus, Corinthius sophista,dicendi gloria insignis. Plin.
Rugusci,pop.sunt in Alpibus siti. Plin.lib.3.
Rugium,civ.est Germaniæ magnæ. Ptol.Vulg.*Comin.*
§.Rulus,fluv.Momoniarum in Ibernia.
Rullus,viri proprium, qui legem Agrariam Ciceronis Consulatu promulgavit. Plin. lib.8. cap.52.
Rumia,Dea quæ rumis,id est, mammis, hoc est pueris lactentibus præsidebat. Varr.
Ruminalis, ficus, sub qua lupa lactavit Remum, & Romulum,quæ & Romula vocata est. (Serv.
Rumin,cognominatus est Tyber,ex eo quod ripas ruminit.
Rumicatæ,pop.sunt in Vindelicia. Ptol.
§.Ruoghtius,fluv.Momoniarum in Ibernia.
§.Ruonus Abbas inter Sanctos relatus, filius Regis Iberniæ.
§.Rupes Nigra,portus maritimus Lageniæ in Ibernia, Vulg. *Blackrok.*

Ru-

Ruphiana, civ. est Nemetorum in Gallia Belgica. Ptol.
Rusazus, opp. est Mauritaniæ Cęsariensis. Ptol.
Ruscino, Colonia est Provinciæ Narbonensis. Plin. lib. 3. c. 4. Vulg. *Perpiñan.*
Ruscio, fluv. est eiusdem Provinciæ Narbonensis. Ptol.
Rusellæ, vna ex colonijs quas Ianus in Mediterraneis Italię posuit. Cat. infra Orig.
Rusellæ, arum, civ. est Tusciæ mediterranea. Ptol.
Rusella, colonia est in Hetruria. Plin. lib. 3. c. 5.
Rusicada, opp. est Numidię in Africa. Ptol. Vulg. *Astora.*
Ruspe, sive Ruspina, opp. est Africæ propriæ. Ptol. Vul. *Alfaques, Villa, y Puerto.*
§. Rusia, oppidum Vltoniæ in Ibernia.
Rusticana, civ. est in Hisp. Ptol.
Rustonium, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis. Ptol.
Rusuncore, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis. Ptol.
Rutheni, pop. sunt Provinciæ Narbonensis. Plin.
Rutielij, pop. sunt Germaniæ magnæ. Ptol.
Rutilius Geminus, libros Pontificales fecit. Cic. in Bruto.
P. Rutilius, primus legem pugnandi militibus tradidit.
Rutilius Lupus rethor, cuius meminit Quintilianus.
Rutilius Romanus quidam nobilis, à quo familia Rutinorũ.
Rutuba, fluv. Liguriæ ex Apennino fluens. Plin. Vulg. *Rottario de Vintimiglia.*
Rutuli, antiquissimi Italiæ, pop. qui Latium tenuerunt.
Rutulus, a, um, Virg. *Rutulosque exercent vomere colles.*
Rutupe, es civitas est Siciliæ insul.
Rutupiæ, arum, civ. est Britanię insu. Vulg. *Rochestre.*
Ruturpi, pop. sunt eiusdem civitatis. Luc.

## DE LITTERA S.

SAana, civ. est Syriæ curvæ. Ptol. melius Gaana.
Saba, civ. est Arabiæ Felicis. Ptol.
Sabbatum Vadum. Liguriæ portus. Vulg. *Vadi.*
Sabæ, pop. sunt Arabiæ Felicis. Strab. lib. 16.
Sabæ, civ. est Libyæ interioris. Ptol.
Sabeæ aræ, ponuntur in media. Ptol.
Sabæus, a, um, à Saba, vt Thus Sabæum. Virg.
Sabacus, Æthiopum Rex, qui Amilim Ægypti Regem fugavit, & illius Regnum 50. annis obtinuit.
Sabagena, civ. est Armeniæ minoris. Ptol.
Sabalassus, civ. est pręfecturæ Sagarausanæ in Cappadocia.
Sabalia, civ. est Cappadociæ. Ptol.
Sabalingij, pop. sunt Germaniæ. Ptol.
Sabata, palus est in Tuscia. Strab. Vndè Sabatinus. Vulg. *Lago de Anguilare.*
Sabatina tribus à palude Sabata. Fest.
Sabathra, civ. est Sirtis parvę. Ptol. Vulg. *Raximagabi.*
Sabathij, pop. sunt Galliæ Cisalpinæ. Strab.
Sabatinus vicus est Romæ authore. Fabio.
Sabattum, opp. est maritimum Liguriæ. Vulg. *Saona.*
Sabelli, pop. sunt Italiæ qui & Samnites, vide.
Sabellicus, a, um. Virg. *Dentesque Sabellicus exacuit sus.*
Sabetos, sive Sebetos fluv. est ad Neapolim.
Sabi, pop. Phrygiæ. Steph.
Sabidius, vir Romanus, qui plus vorabat, quam posset concoquere, quem Martialis epigit. insectatur.
Sabim, Arabes Deum appellant, & illi decimas munsura non pondere persolvunt.
§. Sabinianus, Pontifex Romanus, anno 604.
Sabini, antiquissimi pop. Italiæ. Plin. lib. 3.
Sabini, Apotu sabein, i, à Deorum cultu, & religione dicti.
Sabinis, est Paphlagoniæ in Galatia. Ptol.
Sabinus, declamator fuit tempore Senecæ.
Sabinus, Vespasiani fratrer interfectus à Vitellio.
Sabinus, Sophista sub Adriano Principe, scripsit declamationum libros quatuor. Suid.
Sabinus Missarius scripsit factorum, & rerum memorabilium libros. Suid.
Sabinus Syrus, vir memorandę fortitudinis. Ioseph.
Sabinus Tyro, scripsit de hortensibus. Plin. lib. 9. c. 29.
Sabis, fluv. est Galliæ Cæsar in Commentarijs. Vulg. *Sàmble, Rio que passa por Namur.*

Sablusa, porta dicebatur, quæ recta in Sabinos ducebat.
Sabosi, pop. sunt Sarmatiæ in Europa. Ptol.
Sabora, vrbs Arabiæ in monte excelso. Ioan. Camerti.
Sabriana, æstuarium est maris Britannici. Ptol.
Sabubures, pop. sunt Africę propriè. Ptol.
Saburotes, pop. sunt in eadem Africa.
Sabuta, civ. est Indię. Strab. lib. 15.
Sabyllus, Gele vrbs Siciliæ tyranus. Herod. lib. 6.
Sacada, civ. est Assyriæ. Ptol.
Sacæ, pop. sunt latè patentes in India. Plin.
Sacalbina, civ. est Armeniæ maioris. Ptol.
Sacarum Regio est in Asia vltra Caspium, Sogdianis conterminа.
Sacaria, civ. est Arabiæ Felicis. Ptol.
Sacazama, villa est syrtis magnę. Ptol. Vulg. *Zedicho.* Strab.
Sacer, mons ponitur in Creta insu. Ptol.
Sacer, mons locus propè Romam ad tertium milliare supra Ansenem. Flo.
Sacer, fluv. est Sardiniæ insulæ. Ptol.
Sacerani, dicti sunt Reate orti, Fest. an Sacrani.
Sachalitæ, pop. sunt Arabiæ Felicis. Ptol. vndè.
Sachalites sinus, in quo Pelasgiæ 7. insulæ iacent. Steph.
Sacilis, opp. est Bœticæ mediterraneum. Ptol.
Sacola, civ. est Æthiopiæ Ægypti. Ptol.
Sacoli, pop. sunt Sarmatię Asiaticæ. Ptol.
Saços, vicus Pieriæ in Lacedæmone gentile Sacius. Steph.
Sacorsa, civ. est Paphlagoniæ in Galatia. Ptol.
§. Sacra, insula vocatur Ibernia. Festo Avenna.
Sacra, ins. est vna ex adiacentibus Siciliæ. Ptol. Vulg. *Lebenzo,* quæ sacra Latinis, Græcis autem Hiera dicitur. Diod.
Sacra, Germaniæ civ. est Mysiæ minoris in Hellesponto. Ptol.
Sacra via, locus Romæ, vbi Romulus, & Tatius fœdus iecerunt. Cicer. pro Plancio.
Sacra petra, locus est Cretæ insul. Ptol. Vulg. *Cabo Corso.*
Sacrum, prom. est in Corsica insul. Ptol.
Sacrum, prom. est in Sarmatia Europæ. Ptol.
Sacrum, prom. est in Lusitania. Ptol. nunc. *Cabo de S. Vicente.*
Sacrum, prom. est in Ibernia. Ptol.
Sacrum, ostium Danubiæ in Mysia inferiori. Ptol.
Sadalis, vrbs Ægypti, gentile Sadalides. Steph.
Saduca, fluv. est in Hisp. Ptol. Vul. *Cuadalquivir, Rio. Alij Rio verde.*
Singrium,promont.est Lesbi inf. Ptol.
Singus,opp.est Macedoniæ in sinu Singitico. Ptol.
Sinna,nomen duarum civitatum in Mesopotamia. Ptol.
Sinnanus,opp.est Phrygiæ. Her.in Plin.
§.Sinnenus fluvius Momoniarum, totius Iberniæ maximus, & omnes eiusdem Provincias tanquam mediterraneum flumen separans ab alto sexaginta milliarum spatio onerarijs raribus navigabile, Cambrensis.
Sinon,insignis proditor apud Virg.lib.2.Æenid.
Sinon,alius fuit filius Antolyci patri in furando, & latrocinando simillimus. Virg.
Sinonia,inf.est in mari Tusco. Plin.lib.36.
Sinopen, nomen proprium Regis Numidarum.
Sinope,opp.in Galatia regione. Ptol.
Sinope, Asopi filia, quam Apollo raptam in Pontum traduxit, & ex ea genuit Syrum.
Sinope,vrbs Ponti,Cynici Diogen.patria. Strab.lib.12.
Sinopensius, e, Livius. Querentium Rhodiorum de sinopensium fraude.
Sinopeus,a,um,à Sinope.Ovid.*Cynicus procul,esse Sinopeus.*
Sinopicus,a,um,vt sinopica Rubrica. Strab.lib.2.
Sinsij,pop.sunt Dalmatiæ. Ptol.
Sintica,regio est Macedoniæ. Ptol.
Sintiæ,vrbs Macedo,iuxta Thraciam incolæ Sinti.Steph.
Sinthœum,castellum est Armeniæ à Galatis conditum, gentile Sinthœs. Steph.
Sinuessa, opp. est Italiæ in fine novi Latij. *La qual algunos congeturan aver sido donde oy hallamos monte Dragon.*
Sinuessanus,a, um. Horat. *Inter Minturnas Sinuessamque Petrinum.*
Sinus magnus, in India is est, quem hodie vocant *Mar de (Sur.*
Sinuito, civ.est Armeniæ minoris. Ptol.
Sioda, civ.est Albaniæ regionis. Ptol.
Sionia,vrbs est Sontica, gentile sionites. Steph.
Siparuntum,civ.est Dalmatiæ. Ptol.
Siphe,navale Thespiacæ, gentile sipheus. Steph.
Siphus,inf.vna Cycladibus in Ægęo. Plin.Vulg.*Siphano.*
Sipontum,vrbs Apuliæ iuxta Garganum montem. Vulg.*Siponto*,Græsipus,vntis,sepius vntij,& Sipa dicitur.
Sipuntinus,& Sepiuntinus,a,um,à Siponto,& Sepiunte.
Siphara,civ.est Mesopotamiæ ad Euphratem. Ptol.
Sipilus,opp.est in Ionia regione. Plin.lib.5. cap.29.
Sipylus,priùs Tantalus dicebatur. Solin. c.33.
Sipyleius,a,um,stat Genitrix sipyleia,id est,Niobe.
§.Sira, filia Regis Iberniæ incredibili sanctitate, & soror S.Flacrij, Martyr Angl.
Siraces, pop. sunt propè Caucasum montem, versus Meridiem. Strab. lib.11.
Sirangę, pop.sunt Libyæ interioris. Ptol.
Sirbi,pop.sunt Sarmatiæ Asiaticę. Ptol.
Sirbonis, lacus est in Ægypto. Ptol.
Sirenes,filiæ sunt Acheloi, & Calliopes Musæ.
Sirenum,nomina sunt Parthenope,Ligia,Leucosia.
Sirenum,inf.est in mari Tusco adiacens Italiæ.
Sirenussæ,insulę tres contra Lacinium promont.
Sirenussæ,dictæ,quia in eis sirenes habitaverunt.
Sires,pop.Thraciæ supra Byzantios. Steph.
Sirie,es,inf.est propè Ortigiam. Hom.Odyss.
Siris,ab Æthiopibus dicitur Nilus.
Siris,fluv.est Libyæ propè inf.Phaselussas. Steph.
Siris,vrbs Italiæ iuxta Metapontum. Steph.
Sirmio,peninsula locus Benaci Caruli patria.
Sirius,stella perniciosa in ore canis maioris.
Sirinium,opp.est Pannoniæ inferioris. Ptol.Vulg.*Simac.*
Sirnides,inf.sunt propè Cretam. Plin.lib.4. cap.12.
Sirtibes,pop.sunt Æthiopiæ sub Ægypto. Ptol.
Sisamus,vrbs Paphlagoniæ. Hom.2.Illiad.
Sisapona,opp.est Bæturiæ in Bætica. Plin.vnde.
Sisoponensis, e, Plin.Sisaponensi regione in Bætica, vnde minium eruitur.
Sisapo,sive sisapona altera, opp. est Bæticæ in Hispan. fortè (Zamora.
Sisara, palus est in Africa propria. Ptol.
Sisaraca,civ.est Murbogorum in Hisp. Ptol.
Sisarus,fluv.est Mauritaniæ Cæsariensis. Ptol.
Siscia,civ.est Pannoniæ superioris. Ptol.
Sisigambis, vxor fuit Darij Persarum Regis.Quint.Curt.
Sisigyllis, vrbs magna propè Celticam, gentile sisigyllites.
Sisolenses,pop.dicti ab opp.Latij,quod interijt.Plin. (Steph.
Sisopa,opp.est Pannoniæ superioris. Ptol.
§.Sisynnius,Pontifex Roman. ann.707.
Sisyphus, Æoli filius ob latrocinia à Thesco interfectus. Ovid. lib.13.Metam.
Sisyphus alius, Corinthiorum Rex, cui Merope Atlantis filia nupsit. Ovid.
Sisyrba,pars Ephesi, à sisyrbe Amazone dicta. Steph.
Sitacena,regio est in Assyria. Ptol.
Sitaphius,campus est in Attica propria. Ptol.
Sitheni,pop.iuxta mare Rubrum. Steph.
Sithon,mons Thraciæ,à quo Thracia dicta Sithona.
Sithonia, regio littoralis Thraciæ, versus Thermodontum. Herod.lib.3.
Sithonij,pop.sunt Thraciæ omnibus.
Sithonius,a,um,& sithonis,idis,à Sithonia dicitur.
Sitia,opp.est Bæticę. Plin.lib.3. cap.1.
Sitici,pop.sunt Mauritaniæ Cæsariensis. Ptol.
Sitioenta,civ.est in Mysia inferiori. Ptol.
Sittaca,civ.est in Assyria regione. Ptol.
Situa,civ.est Paphlagoniæ in Italia. Ptol.
Siva,civ.est Cappadociæ. Ptol.
Sivata,civ.est Prosellemnitarum, vel Pirenorum in Galatia.
Siverta,civ.est Britanniæ.
Siuph,vrbs Ægypti,patria Amasis Regis. Her.lib.2.
Siur,portus est Numidiæ in Africa propria. Ptol.
Sizara,Syriæ vrbs, aliàs Larissa dicta. Steph.

S. ANTE L.

§.Slania,opp.Vltoniæ in Ibernia,vnde Baro Slaniæ.

§.Slania,territorium Mediæ in Ibernia.
§.Slanius,fluvius Lageniæ in Ibernia, alio nomine Bubinda.
§.Slanius,vnus ex Iberniæ Regibus.
§.Slanius,mons Mediæ in Ibernia,à Slanio Rege ibi sepulto dictus,Ocahasa vindicat.1.c.4. (Comitatus.
§.Sligagia, opp. maritimum Conaciæ in Ibernia, ac caput

S. ANTE M.

Smaragdus,mons est in finibus Ægypti. Ptol.
Smerdis fuit Cambysæ Persarum Regis frater.
Smillax,puellæ nomen,in herbam sui nominis mutatæ.Ov.
Sminthe,vrbs Troiæ,gentile smintheus. Steph.
Smintheus,nomen quo Apollo vocitatus est.
Smyla,civ.est in Cræstea regione. Herod.lib.7.
Smyraleo,quæ Cæsarea civ.est Bithyniæ. Ptol.
Smyrna, opp.est Ioniæ in Asia minori. Strab. lib.14. Vulgò *Le Smyrne*.
Smyrna, cognomine Thrachea dicta prius, quæ postea Ephesus, Vulg. *Foglie*.
Smyrna,dicta est Lycia,cognominata Myrrha Græc.
Smyrna,à Colophonis condita est.Solin. (honores.
Smyrnęus, a, um, Luc. Quantum Smyrnæi durabunt vatis
Smyrnæus,conventus à Smyrna cognominatus.
Smyrnophera,regio in Arabia Felici. Ptol.
Smyrnophera,regio est in Æthiopia sub Ægypto. Ptol.

S. ANTE O.

Soaca,civ.est in Arabia Felici. Ptol.
Soan,nomen viri, 1.Paral.24.
Soana,fluv.est Sarmatiæ Asiaticæ. Ptol.
Soana,Ptol.lib.7.cap.4.fluvij ostia in Trapobana ins.
Soandus,locus est in Cappadocia. Strab.lib.14.
Soanes,pop.Asiæ extrema Caucasa obtinentes.Strab.lib.11.
Soba,nomen loci.1.Reg.24. 2.Reg.8. 1.Paralip.18. Psalm. 59. Iud.13.
Sobab, filius David, 2.Reg. 51. Paralip. 3. filius Caleb ex Azuma prima vxore, 1.Paralip.24.
Sobach,magister militiæ Adarezer Regi, 2.Reg.10.
Sobolate,est Sabæorum civitas, ad mare Rubrum includens suis muris templa sexaginta. Plin.lib.6. cap.29.
Socion,Philosophus Peripateticus genere. Hisp.Gellio.
Socossi,pop.sunt Mauritaniæ Tingit.melius Cocosij.
Socrates,Philosophus Atheniensis,vnus omnium sapientissimus iudicatus,primus de moribus disseruit. (vndè.
Socratici,diversi Philosophi è Socratis schola pro seminati,
Socrates,merito fons Philosophorum appellatus est.
Socrates,alius pictor fuit.Plin.lib.35.c.4. (historiam.
Socrates Constantinopolitanus, qui Ecclesiasticam scripsit
Socraticus,a,um,qui Socratem imitatur.
Socus,vir Troianus Hippasi filius,animo generosus.Hom.
Sodoma,orum,opp.fuit Palæstinæ Iudææ.
Sodomitæ, dicti fuerunt Sodomorum incolæ.
Soducena,regio est Armenię maioris. Ptol.
Sogdiana,Provincia Asiæ,sacris,& Bactris contermina.
Sogdiani,pop.sunt Sogdianæ regionis.
Sogocara,civ.est Armeniæ minoris. Ptol.
Sogostedes,civ.est in Macedonia regione. Plin.
Solta,civ.est Armeniæ maioris. Ptol.
Solci,pop.suut Sardiniæ ins. Ptol.
Solcitani,pop.sunt Sardiniæ ins. Ptol.
Soli,civ.est Cypri ins. Ptol.
Soleus,a,um,à solis vrbe.Varr.1.de re rust.Diosoleus.
Solij,pop.sunt in Cypro ins. Strab.lib.14.
Soli,sive solci,opp.est Siciliæ regionis. Ptol.
Solensis,e,id est,ad solas civitates pertinens.
Solimna,vrbs Indiæ,gentile solimneus.Steph. (Plin.
Solinates,sive Felignates, populi Vmbriæ, qui interierunt.
Solis,fons ponitur in Ægypto. Ptol.
Solis,ins.est in mari Ionico semper rubens. Solin.
Solis mensa,Æthiopiæ locus, apparatis epulis semper refertus. Pomp.
Solis mensa, adagium de opulentorum hominum domibus, omni rerum copia vbertim affluentibus.Cæl.Rhod.lib.29. cap.4.
Solis,mons est in Mauritania Tingitana.Ptol. fortè *Cabo de Boador, frontero de las Canarias*.
Solis ostia, loca Indiæ ob æstum intolerabilem sic dicta. Pomp.in Descriptione Indiæ.
Solis sacra,promont.est Arabiæ Felicis. Ptol.
Solium,Corinthi opp. gentile Solinus. Steph.
Solœ,opp.est Cilicię idem,quod Soliorum, & Pompeiopolis, à Pompeio appellata.
Solœcissare, dicti sunt Athenienses, quos isthic solon induxerat,cum ab Atticæ linguæ puritate discesserent.
Solœntia,promont.est Libyæ interioris. Ptol.
Solon,vnus fuit ex septem Græciæ sapientibus. Gel.
Solymę,arum,vrbs Iudææ,seu Palęstinę,quæ Hierusalem.
Solymi, pop. iuxta Lyciam, quos Homer. pugnacissimos fuisse scribit,& à Bellerophonte devictos.
Solymi,pop.fuerunt Asiæ,qui perierunt. Plin.
Sontiates,pop.sunt in Aquitania.Cæs.lib.3.de belloGallico.
Sontini,pop.sunt Lucaniæ in Italia. Plin.lib.3.
Sontioncij,pop.sunt Alpini. Plin.lib.3. cap.20.
Sontius,fluv.Carnorum in Italia.Vulg.*Lisonzo*. (vit.
Sophaci,appellati sunt Afri à Sophono,qui inAfrica regna-
Sophena,regio est Armeniæ maioris. Ptol.
Sophena,regio Tauro monti est finitima. Plin.lib.5.cap.12.
Sophylus,Sicionius,vel Thebanus comicus Athen.
Sophocles Atheniensis poeta tragicus,Sophili filius.
Sophoclem, ex inspirato gaudio, ob victoriam ex tragœdia quadam repentè obijsse Valerius author est.
Sophocles, superioris nepos poeta tragicus, docuit fabulas 40. dicit Suid.
Sophocles,alius Dux Athen.Solstratidæ filius Thus.
Sophocles, Grammaticus minor appellatus, enarravit Lycophronem,Apollonium,aliosque poetas.
Sophocleus,a,um,Cicer.An pangis aliquid Sophocleum?
Sophron Syracusanus, Xerxis, & Euripis tempore, scripsit mimos viriles,& mimos fœmineos.
Sophron,alius poeta comicus, de quo Athenæus.
Sophronia, matrona Romana, altera Lucrecia Christiana, de qua vide Eusebium in Historia Ecclesiastica.
Sophra,civ.est in Persidis regione. Ptol.
Sora,civ.& colonia Volscorum in Campania.Plin.lib.3.
Sora,civ.est Arabiæ desertę ad Mesopotamiam. Ptol.
Soracte, mons est in Phalascis, non procul ab vrbe Roma, Vulg.*Monte de San Sylvestro*.
Soractinus,a,um,à Soracte. Vitruv. lib.2. cap.7.
Sorbona.*Nombre es de vn Colegio,llamado assi en Paris*.Vnde dicitur Actus Sorbonensis. *Un acto que alli se haze*.
Sotei,pop.sunt Mauritanię Cæsariensis. Ptol.
Soradi,pop.sunt in Campania,à Tyberi,vsq.adSarnum.Cat.
Sorani,à Dite,nam Ditis pater Soranus appellatur. (Suid.
Soranus,Ephesius medicus, Adriani, & Traiani temporibus.
Soritæ,pop.sunt Ichthyophagi,quos Plin.Oritas vocat.
Sornum,opp.est in Dacia. Ptol.
Soroba,civ.est Cappadociæ. Ptol.
Sorobis,fluv.est Hispaniæ citerioris. Ptol.
Soruga,civ.est Pannoniæ superioris. Ptol.
Soroim Trugillum,locus erat sacer in honoremIunonis fest.
Sorthida,civ.est Babyloniæ regionis. Ptol.
Sosandra,ins.iuxta Cretam,insularis Sosandrius. Steph.
Sosia,nomen viri proprium apud Comicos.
Sosibius Grammaticus Laconicus,cuius meminit Suid.
Sosij, bibliopolæ olim erant celeberrimi. Horat.de Arte.
Sosipatra,Lybica fœmina, ac vates notissima, vxor Arsędij sophistæ.
Sosippi,portus est in Arabia Felici. Ptol.
Sositheus,Syracusanus fuit æmulus Homeri Tragici. Ovid.
Sossinates,pop.Sardiniæ. Strab.
Sossius,fluv.est in Sicilia ins. Ptol.
Sostenis,idis,civ.est Thessalorum in Macedonia. Ptol.
Sostratus,vir fuit Ægineta Laodamantis filius.
Sostratus architectus, qui turrim excitavit in Pharo insul. eique

eique nomen suum inscripsit. Strab. lib.17.
Sostratus, sculptor, qui ex ære signa faciebat. Plin.
Sostratus, Cereris sacerdos apud Corn. Tacit. (Herod.
Sostratus, vates qui per furorem multa Græcis prædixit.
Sostratus item, Sicyonius cognomento Acrochersites. Suid.
Sotades Motonites, Poeta scripsit Iamborum libros quos Cinedos appellavit. Suid.
Sotades, comicus Atheniensis mediæ Comœdiæ. Suid.
Sotades Philosophus scripsit de mysterijs librum vnũ. Suid.
§. Soter, Pontifex Romanus, anno 163.
Sotericus, Antes poeta sub Diocleciano. Suid. (Dionys.
Soteridas Epidaurius, scripsit de musica libros tres, vt ait
Soticena, dicta est Iuno ab antiquis quasi salutaris, & sospitatrix, Græcis Sotiria.
Sotira, vrbs Arienorum, gentile Sotireneus. Steph.
Sozusæ, tres vrbes, Phœnices, Pisidiæ, & Æthiopię. Steph.

S. ANTE P.

Spaco, nutrix fuit Cyri Regis. Herod. lib.1.
Spada, vicus Persicus in quo primum Eunuchi facti sunt, qui inde Spadi nominantur. Steph.
Spalatra, opp. est Magnesiæ regionis. Plin. lib.4. c.9.
Spargapisces, filius fuit Tomyridis Massagetarum Reginæ, captus à Cyro, seipsum interfecit. (tur.
Sparta, locus in Antropatia regione, in quo Sales congelan-
Sparta, æ, vrbs Laconiæ eadem quæ Lacedæmon. Vrbs. Vulg. *Mizitra.*
Sparta, dicta à Sparto Phoronei filio, qui eam condidit.
Spartanus, a, um. Virg. *Et Virginis arma Spartanæ.*
Spartacus, a, um. Luc. *Causa caderes, qua Spartacus hostis.*
Spartiacus, a, um, à Sparta, Plut. Narrabo tibi res Spartiacas.
Spartiata, æ. Cic. in Thusc. Estote duri Spartiatę.
Spartiatas, legimus in libris Machabęorum, Romanis fuisse confœderatos. (sus.
Spartacus, gladiator Thrax fuit, à M. Crasso in prælio occi-
Spartarius, campus est in Hisp. Tarraconensi. Steph. lib.3.
Spartion, prom. est Sithonæ in Thracia. Strab.
Spartosus, vrbs Macedonię, gentile Spartosius. Steph.
Sparton, frater Phoronei filiam habuit Mycenęon. Steph.
Specea, ins. prius dicta, quæ posteà cyprus. Vulg. *Chipre.*
Spedon, civ. est Bœotiæ. Strab.
Spelætiæ, Hercules, Mercurius, & Apollo nominantur, quod eorum simulacra alicubi in speluncis colantur. Steph.
Sperchea, civ. est Phethiotidis in Macedonia. Ptol. Vulgò *Pitileo.* (Vulg. *Agriomelas.*
Sperchius, fluv. est Macedoniæ ortus in iugis Pelij montis.
Sperechionides, pen. cor. patronymicum masculinum. Ovid. Caucaseumque Abarim, Sperchionidemque Lycetum.
Sperchias, adis, patro. fœm. Ovid. *Æstuat Alpheus ripæ Sperchiades ardent.*
Speusippus, Philosophus Atheniensis Platonis ex sorore nepos 8. annis scollæ Platonicæ præfuit.
Sphactatia, civ. in Peloponneso. Strab. lib.8. (*Sapientia.*
Sphagia, ins. est ante Pylon vrbem. Plin. lib.4. c.12. Vulgò
Sphagus, promont. Scythiæ. Steph.
Sphenicuneus, locus iuxta sacrum promontorium.
Sphettus, locus est in Attica. Strab.
Sphinx, monstrum apud Thebas, cuius caput, & manus pullæ, corpus canis, alæ avis, vox hominis, effigiem habebat. Plin. lib.8. c.22.
Spina, opp. fuit iuxta Padi ostium. Plin. lib.3. c.16.
Spineticum, dictum est Padi fluminis ostium. Plin. ibidem Vulg. *Premiero.*
Spiutaurus, nobilis Architectus Corinthius. Pausan.
Spio, Nympha sic dicta à speluncis, in quibus Nymphæ habitare dicuntur. Boccat. lib.7. c.14.
Spireostoma, ostium est vnum Istri fluminis.
Spiretum, idem ostium dicitur, quod supra spineticum. Cat.
Splendophorus, nomen ex Græco, & Latino, quasi splendorem inferens.
Spoletinum, opp. est Turnetanorum, in Hisp. Ptol.
Spoletium, civ. est Vijumbrorum in Italia. Ptol.
Spoletini, pop. sunt in Spoletio dicti.
Spoletinus, Ducatus nunc dicitur non Spoletanus, sicut ab Aretio Aretinus.
Sporades, ins. sunt circa Cretam post Cyclades. Steph.
Spoysades, dictæ quod in mari sparsæ sint.
Sporgilus, vicus Atticæ, vnde sporgilius. Steph.
Spunda, civ. est Babyloniæ. Ptol. melius Gunda.
Spurina, Dux Regis Parthorum, qui Crassum interemit.
Spurina, Mathematicus, ac vates fuit, qui Cæsari prædixit, vt Martias caveret Idus. Suet.
Spurina, adolescens egregia forma. Val. de verecundia.
Spurius, inter pronominata antiquorum, duabus litteris notatur S. P. quasi sine patre.

S. ANTE Q.

Squinicij, Italiæ populi erant, quos Plin. lib.3. Sabellos, & Samnitas vocat.

S. ANTE T.

Staberis, fluv. est in ora Contestanorum in Hisp. Vul. *Segura.*
Stabiæ, arum, locus fuit in agro Campano. Plin. lib.3. Vulg. *Castel de Mare.*
Stabianus, a, um, res ad Stabias pertinens.
Stabulum, opp. est Theuthraniæ. Plin. lib.5. c.30.
Stacheræ, pop. sunt Lybiæ interioris. Ptol.
Stadia, cognomine Pegusa civ. est Cariæ. Plin. lib.5.
Stadia, prius dicta, quæ posteà Rodus. Strab. lib.14.
Stæi, pop. sunt Liburniæ. Plin. lib.3. c.12.
Stagira, vrbs Aristotelis Stagyritæ patria. Steph.
Stamene, vrbs Chalybum, gentile Stameneus. Steph.
Staon, fluv. est Mediæ. Ptol.
Staphylus, Sicheni filius, primus vinum aqua misceri docuit. Plin. lib.7. c.56.
Starcaterus, Rex Danorũ, vir immensæ fortitudinis, Saxo Grammaticus, lib.8.
Staseas, Neapolitanus Philosophus Platonicus. Cic.
Stasis, vrbs Persica, gentile Stasites. Steph.
Statinæ, arum, ins. sunt in sinu Campano. Plin. lib.2. c.88.
Statinus, & Statanus, dij præsides, quasi nobis Stantes.
Stativa, ins. est Statius Ænariæque lacus medicos Stativasque renatas.
Statius, nomen poetæ comici fuit, qui Cæcilius dictus.
Statius, appellatus, quoniam servus fuit.
Statius, enim servile nomen est.
Statius alius, cognomento Papinius, Poeta Neapolitanus Domiciani temporibus, qui heroico carmine multa conscripsit.
Statonia, opp. est Hetruriæ. Strab. vnde Statonienses.
Stator Iupiter dictus, qui stare animo facit. (fecit.
Stator, quia Romanos, in fugam à Samnitibus versos, stare
Statyelli, pop. sunt Liguriæ circa Alpes. Plin. lib.3.
Statyllæ aquæ in via, quæ ab oppido Genua ducit Placentiã.
Stavani, pop. sunt Sarmatiæ in Europa. Ptol.
Stagnatia, civ. est in Italia. Strab. lib.9.
Stele, vrbs Cretæ iuxta Patesum, & Rhythimne. Steph.
Stelenus, Rex fuit Argivorum, quem Danaus Regno pepulit, & ipsum Regnum ad se pertraxit. (Mart.
Stentius stella, Poeta Patavinus nobilis familia Consulari.
Stellates, pop. sunt Tuscia regione.
Stellatinus, vicus Romæ est Fabio.
Stennio, vna fuit Gorgonum Phorci filiarum. (cti sunt.
Stentor, vnus ex Ducibus Græcorum, qui ad Troiam profe-
Stentoris, tantus erat sonitus, quantus aliorum quinquaginta. Hom. lib.5. Illiad.
Stentore clamosior, proverbium est, vide Erasmo in Prov.
Stentoreus, a, um, vt vox Stentorea.
Stentoris portus est in Thracia. Plin. lib.4. c.11.
Stenyclerus, vrbs, vel Mesenes, gentile Steniclerius. Steph.
Stephane, civ. est in Italia. Plin. lib.3. c.3.
Stephane, mons est Phthiotidis regionis. Plin. lib.4. c.8.
Stephane, ins. prius dicta, quæ postea Samos. Plin. Vul. *Samo.*
Stephane, vrbs Phocidis, gentile Stephanus. Steph.
Stephanis, vrbs Mariaudynorum, gentile Stephantes. Steph.

§. Ste-

§. Stephanus, Pontifex Romanus, anno 255.
§. Stephanus II. Pont. Rom. anno 752.
§. Stephanus III. Pont. Rom. anno 752.
§. Stephanus IV. Pont. Rom. anno 768.
§. Stephanus V. Pont. Rom. anno 816.
§. Stephanus VI. Pont. Rom. anno 884.
§. Stephanus VII. Pont. Rom. anno 896.
§. Stephanus VIII. Pont. Rom. anno 928.
§. Stephanus IX. Pont. Rom. anno 939.
§. Stephanus X. Pont. Rom. anno 1057.
Stercutius, dictus est Saturnus, quod prius Stercorandi agri rationem intervenerit.
Sterca, civ. est in Attica regione. Strab. lib. 9.
Sterconium, opp. in Germania magna. Ptol. hodie cassilium in Hassia. Vulg. *Cassel.*
Steriæ, Phæacum civ. est Hom. 5. Odyss.
Steropes, vnus fuit ex famulis Vulcani. Virg.
Steropes à Fulgetra nomen sortitus est.
Stesibrotus, ab Epaminunda patre Thebanorum Duce interfectus fuit, quod contra mandatum patris cum hostibus conservisset.
Stesichorus, poeta ex Himera Siciliæ vrbe. Quint.
Stesilca, mulier admodum eleganti vultu. Plut. Themist.
Stesimbrotus, Tarsensis historicus scripsit res gestas Cimonis Ducis Atheniensium. Plut. in Cimone.
Stenelus, fuit Capanei, & Evadnes filius in bello Troiano, Hom. & Virg. lib. 2. Æneid.
Sthenelus, alius Persei, & Andromedæ filius. Hom.
Stheneleius, a, um. Ovid. Proles Stheneleia Cycnus.
Steneumbœa, vxor fuit Præti Regis Argivorum.
Stenobœius, a, um. Sidon. *Quam si spectasset quondam Stenobœius heros.*
Stilbe, Nympha Laphitam filium ex Apolline peperit à quo Laphitę populi dicti.
Stilico Honorij Imperatoris socer, & Occidẽtis ministrator.
Stiliconius, a, um, Claud. *Agnoscat famulum virgo Stiliconia Pontum.*
Stilpe, vrbs Siciliæ, gentile stirpęus. Steph.
Stilpo, Megarensis Philosopus fuit tempore. Ptol. primi, scripsit Dialogos 20. Suid.
Stimicon, proprium pastoris nomen apud Virg. Eclog.
Stiphelus, vnus ex Centauris Ixionis, & Nuois filius.
Stiria, ins. contra Cyprum. Plin. lib. 3. c. 31.
Stopi, opp. est Pelagonium in Macedonia. Ptol.
Stoborrum, prom. est Numidiæ in Africa. Ptol. (*Las eras.*
Sthœchades, ins. sunt tres in mari Gallico. Plin. lib. 3. Vulg.
Stoici, Philosophi appellati à Stoa, quod porticum significat, quo convenire, ac disserere solebant.
Stoici, Philosophi dicti sunt, qui prius Zenonij dicebantur, à Zonone Doctore. (rè. Cato.
Stoicè, adverb. Cicer. At enim agit mecum stoicè, & auste-
Stoicida, & patronymic. Iuven. *Trepidi Stoicidæ.*
Stoni, rum, pop. sunt Eliganeorum. Strab. lib. 4.
Stonia, civ. Ponti Galatici Cappadocia. Ptol.
Stopelos, ins. est propè Ephesum.
Storas, fluv. est in Italia. Strab. lib. 5.
§. Strabania, opp. Vltoniæ in Ibernia, vnde Comes Strabaniæ
Strabo, Philosophus Stoicus, ac Geographus insignis.
Stragona, opp. est Germaniæ. Ptol. Hodie Posnavia.
Strapellini, pop. sunt Hirpinorum in Italia. Plin. lib. 3.
Stratia, vrbs Arcadica, à Phane filia sic nominata. Steph.
Stratius, fuit vnus ex filis Nostris.
Ita, Stratius Iovis cognomen, qui apud Caras colebatur, quod nos bellicosum interpretari possumus. Herod. l. 5.
Strato, Rex Sidionis fuit, quem vxor propria gladio transverberavit. Hieron.
Straton, Lampsacenus Philosophus, Theophrasti familiaris præceptor Ptolomæi Philadelphi.
Straton alius, qui Isocratis auditor fuit Laert.
Straton medicus, qui Erasistratum audivit. Diog.
Straton, alius historicus, alius item poeta epigrammatum, Diog. Laert.
Strató, quoque antiquus medicus, vt ait Aristoteles. Laert.
Straton, Philosophus Peripateticus, qui vixit Alexandriæ.
Straton, Rhetorices preceptor, ac Bruti familiaris. Plut.
Stratonica, opp. est Macedoniæ in sinu Singitico. Ptol.
Stratonica, opp. est Cariæ conventus Alabandici, à Stratonice Antiochi vxore dictum. (nippus.
Stratonicensis, e, Cicer. Princeps Stratonicensium erat Me-
Stratonis turris, opp. est Palæstinæ Iudeæ. Plin. lib. 5.
Stratos, opp. est Acarnaniæ in Epiro. Plin. lib. 4. c. 1.
Strenus, vrbs Cretica, gentile Strenius. Steph.
Stridon, opp. est in agro Iustinopolitano, à qua D. Hieron. ortum habuit. Vulg. *Sdrina.* (*Strombole.*
Strongyle, insul. in marino siculo vna ex 7. Æolijs. Vulgò
Strongyle, ins. prius dicta, quæ posteà Naxos. Vulg. *Nicsia.*
Strongylen à Delo 18. M. passuum separat. Plin, lib. 4.
Strongyle, opp. ponit Solinus in insula, c. 20.
Strongyle altera, ins. est in mari Lycio. Plin. lib. 5.
Strophades, insulæ duæ sunt adiacentes Peloponneso. Vulg. *Strivali.*
Strophius, Rex Phocidis fuit, & pater Pyladis.
Struma, nomen viri apud Catullum.
Struthia, Phrygiæ in finibus Lycaoniæ. Steph.
Struthiophagi, Æthiopes sunt in Æthiopia Ægypti. Ptol.
Stryba, ins. Sporadum, gentile Stirybiæus. Steph.
Strima, opp. est in Trasio propè Mesembriam. Her. lib. 7. Hic strymenus, & istrimensius.
Strymonia, fluv. est Macedoniam à Thracia separans.
Strymonius, a, um à Strymone flu. Virg. *Strymoniæque grues.*
Stuinus, vrbs Lygorum, cives Stuini. Steph.
Stura, fluv. in Padum defluens. Plin. lib. 3. c. 16.
Stura, fluv. est in agro Laurente, Fest. Vulg. *Stora.*
Sturij, pop. sunt Germaniæ. Plin. lib. 4. c. 15. Vulg. *Los de Staveren en Frisa.* (sternitur.
Sturiorum, insula quæ inter Helium, ac Flevum Rheni ostia
Sturium, ins. in mari Gallico post Sthœchades. Plin.
Sturni, pop. sunt Sarmatiæ in Europa. Ptol.
Sturnini, pop. sunt Calabriæ Mediterranei.
Sturia, fluv. est Britanniæ ins. Ptol.
Styllagium, vrbs Tryphylliæ, gentile Styllagius. Steph.
Stymbara, civ. quondam Græcię non procul à Tripoli in terra Ionica. Strab. lib. 7.
Stymphæi, pop. sunt Ætolorum, qui Timphæi.
Stymphalia, regio est Macedoniæ. Ptol.
Stymphalus, mons est in Peloponneso. Ptol.
Stymphalus, opp. est Arcadiæ regionis. Ptol.
Stymphalus, Arcadiæ lacus est, ex quo Erasinus sinus erumpit, vnde aves Stymphalides, tantæ magnitudinis, vt solis radios obumbrarent.
Stymphalius, a, um, vt monstra Stymphalia. Catul.
Styra, æ, sive Styre, es, civ. est, Eubœæ. Strab. lib. 10.
Styx, aqua est quædam infamis in Arcadia.
Styx, fons Nonacrin Arcadiæ exitiosus animalibus, cuius aqua præsentissimum est venenum.
Styx, igis, palus quędam apud inferos dicta.
Stygis, aqua, fons est in Arabia Felici. Ptol. (*Tartara.*
Stygius, a, um. Virg. *Stygios videre lacus, bis nigra videre*

S. ANTE V.

Suagela, vrbs Cariæ, cuius Suageleus. Steph.
Suana, opp. est Tusciæ Mediterraneum. Ptol.
Suanenses, pop. sunt in eadem Tuscia. Plin. lib. 3.
Suanetes, pop. sunt Alpium incolæ. Plin. lib. 4. c. 20. Vul. *Los de S. Vvindau cabe Passau en Austria.*
Suardeni, pop. sunt Sarmatię Asiaticæ. Ptol.
Subalpinus, a, um, sicut Cisalpinus, & Transalpinus. Plin.
Subasani, pop. sunt in Corsica insul. Ptol.
Subarij, pop. sunt in Germania inferiori. Strab. lib. 7.
Subcutile, aquæ sunt in Sabinis gelidissimæ.
Subi, flumen est Cossetaniæ in Hisp. lib. 3.
Subnobis, dicta est pars in foro ædificiorum, quod vocabulum eius pervetustum. Varr.
Subocrini, pop. sunt Alpini. Plin. lib. 3. c. 20.

Subrita,civ.est Cretæ Mediterranea. Ptol.
Subsolanus, ventus dicitur, qui sole Oriente subnasci videtur Græcis Apiolitis.
Subula,sive suburis flumina sunt Mauritaniæ. (Circul.
Subneteribus,locus in vrbe Romæ, sicut sub nobis. Plat. in
Subur,opp.est Mauritaniç Tingitanæ.
Subur,opp.est Ilergetum in Tarraconensi.Plin.lib.4. cap.3. (puellas.
Vulg.*Siges*, alijs *Cubelles*.
Suburanus, a, um. Virg. *Nota suburanas inter Telethusa*
Suburbanum, locus est Romæ. Fab.Pictori.
Suburra,vicus Romæ à pego Succusano dicta ei vicino succusa inde mutatis litteris Suburra.
Suburrana,regio prima Romæ fuit,authore Varr.de Lingua Lat.ab eo quod fuerit sub vrbe antiqua. (ostendit.
Suburra, Quintil.cum tribus litteris notatur, Cicer. tertiam
SVC. Compendium Suburra designat.
Suburranus, a. um, vt Suburrana regio. Perot.
Suburgia,opp.est Mauritaniæ Cæsariensis. Ptol.
Suburpores,pop.sunt in Lybia interiori. Ptol.
Succabar,opp.est Mauritaniæ Cæsariensis.
Succabon, opp.est Bæticæ.
Succasses,pop.sunt Galliæ Aquitanicæ. Plin.lib.4, cap.19.
Succentes,pop.sunt Marsorum in Italia. Plin.lib.3.
Succosa,civ.est Ilergetum in Hisp. Ptol.
Succuba, colonia Tingitanæ apud Mauros. Plin. lib.5. c.2.
Succusæ, dictæ sunt stellæ,quæ alio nomine Hyades.Pl.l.4.
Succusa,à pago Succusano putatur dicta à Varrone.
Succusa deindè mutatis litteris dicta est Suburra. (nus.
Succusanus,a, um, eadem ratione, idem est, quod Suburra-
Succidana,civ.est in Mysia superiori. Ptol.
Sucro,onis,fluv.est Hisp.citerioris. Plin. lib.3.cap.3. Vulgò *Xucar*,& opp.eiusdem nominis. Strab, lib.3. quod hodie *Cullera*.
Sucronensis sinus, in quem Sucro influit.
Sucrona,opp.Bœticę. Plin.lib.3. cap.1.
Sucubo,opp.est in Hisp. lib.3. cap.1.
Sudana,civ.est Mauritaniæ Cæsariensis. Ptol.
Sudernum.civ.est Tusciæ Mediterr. Ptol.Vulg.*Muderno*.
Sudernum,pro Tadero mendosè legitur apud Plin.lib.3.
Sudertani, pop.sunt Hetruriæ. Plin.lib.3. cap.3.
Sudeti,montes sunt in Germania magna. Ptol.
Sudidenis,civ.est Africæ inter duas syrtes. Ptol.
Sudini pop.sunt Germaniæ magnæ. Ptol.
Suebri,pop.sunt Provinciæ Narbonensis. Plin.lib.3.
Sueconi,pop.sunt Galliæ Belgicę. Plin.lib.4.
Suel,vrbs Hisp. apud Milam lib.2. Nunc Chiponia dicitur.
Suelti,pop.sunt Provinciç Narbonensis. Plin.lib.3.
Suelum,civ.est in Hisp. Ptol.Vulg.*Chipiona*.
Suentiæ,pop.sunt in Rhætia. Ptol.
§.Suerdia opp.Mediæ in Ibernia.
Suesia,palus in Germania. Pomp.lib.3. cap.3.
Suessa,colonia est Romanorum in Italia, Vulg.*Seffa*.
Suessanus,a,um.Cic.C.Nasenium municipem Suessanum.
Suessetani,pop.sunt Hispaniæ. Livio.
Suessiones,sive Suessi,pop.sunt Galliæ Belgicę. Plin.
Suessula,civ.est in Italia. Strab.lib.3. Vulg. *Sessula, no lexos de Napoles*.
Suessulani,pop.sunt à Suessula. Plin.lib.3. cap.5.
Suetri,pop.sunt Alpium incolæ. Plin.lib.3. cap.20.
Suestasium,civ.est Caristotum in Hisp. Ptol,
Suevi,pop.sunt Germaniæ Bavaris finitimi, Suevia dicta est eorum regio. (pagos habuerunt.
Suevi,olim circa Albim habitaverunt, & plusquam centum
Suenus,fluv.Germaniæ. Ptol.Vulg.*Spre*.
Suffenates.pop.fuerunt Italiæ antiquissimi. Plin.
Suffena,civ.fuit illorum populorum. (*Xucar* vocatur.
Sugero,Hisp. fluv. apud Melam lib.2. cap.6. Nunc Vulgò
Suillates,pop.sunt Vmbriæ in Italia. Plin.lib.3, cap.14.
§.Suillus, fluv.Vltoniæ in Ibernia.
Suinum,flumen est Piceni in Præcuciana regione.Plin.Vulgò *Saline en Abruzo*.

Sulchi,orum,opp.est in Sardinia ins. Strab.
Sulchitani,pop.sunt eiusdem Sardiniæ.Plin.lib.4.cap.2.
Sulchense,promont.est in eadem Sardinia.
Sulgas,fluv.est Provinciæ Narbonensis.Strab.lib.4.
Sulmo,onis,opp.est Latij,quod in erit.Plin.lib.3. (4.Fast.
Sulmo,à Solemo Æneæ comite conditum fuit. Ovid.4.Trist.
Sulmonensis, e, à Sulmone,Iu.De Sulmonensi mira.
Sulpitius Galba, Romanus quidam à quo horrea Sulpitia dicta leguntur apud Horat.4.Carm.
Sumavecti pop.sunt Galliæ Belgicæ.
Summanus,Deus antiquis creditus,cui nocturna tribuebant.
Summanus, dictus fuit Pluto quasi summus manium. Plin. lib.2.cap.51.Ocid.6.Fast.summo templa fuerunt.
Summœnium,locus Lupanaris Romæ, vt notat Alexand.ab Alexand.lib.4.Genial.dierum,cap.18. (lumbas.
Sunium,vicus,prom.est in Attica regione, Vulg.*Cabo de Co-*
Suni,pop.sunt in eadem Attica.
Sunium,promont.est paros ins. Ptol.
Superatij,pop.sunt in Hisp. Ptol.
Supetaquani,pop.sunt Pesignorum in Italia. Plin.
Supernates,pop.sunt Italię,sicut infernates. Fest.
Superum, mare Adriaticum dicitur, Vulg.*Golfo de Venecia*. Inferum verò Tyrrhenum,Vulg.*Mar de Toscana*.
Suptos,opp.est Mauritaniæ Cæsariensis. Ptol.
Sur,4.Reg.11.nomen portæ in Templo Salomonis.
Sura,locus Lyciæ vbi oracula dabantur. Steph.
Surdaones,pop.sunt Hisp.citerioris. Plin.lib.3. cap.3.
Suriates,pop.sunt Vmbriæ,qui perierunt. Plin.lib.3.
Surium opp.est in Hisp. Ptol.
Surrentium,promont.est Mauritaniæ. Plin.lib.5.
Surretum,opp.est in ora Campaniæ. Plin.lib.3.cap.5.
Surrentum, à Græcis conditum est alio nomine Petię Syrenum. Plin.
Surrentinus,a,um,Mart.Surrentina vafer,qui miscet vina,& surrentini colles. Colum.lib.6.
Surses,& sursenæ,vrbes Pontificiæ à Tur Myrsilio.
Susæ,arum,sive filia,æ,civ.est Metropolis Susianæ. (Herod.
Susa, super Choaspem fluv. sita est, diciturque Mennonia.
Susianus,a,um, Trog.post mortem Alexandri Susiana gens.
Susaleos,villa est in Sardinia ins. Ptol.
Susiana,regio est Persidis in mari Asia. Plin.lib.6.
Susiani,pop.qui Susianam incolunt.Plin.lib.6.cap.27.
Susinus,a,um,vt susinum vnguentum à Susis appellatum.
Susudata,civ.in Germania. Ptol.
Sutrium,opp.est Tusciç Mediterran.Ptol.Vulg.*Sutri*.
Sutrij,pop.sunt Italiæ à Surtio dicti.
Sutrius,a,um.Sil.lib.8.*Qui Sutria tecta,haut procul,&c.*
Sutrus, nomen Elephanti, qui in Punico bello fortitèr præliatus fuerat,impositum Cat.
Suxci,pop.sunt in Perside regione. Ptol.
§.Suyrus, sive Surius, fluv.pulcherrimus Momoniarum in Ibernia,è monte Blandino nascens, per Archfiniam,Tribacciam,& Clonmeliam, & apud Vvaterfodiam in mare descendit,Cambrensis.

## S. ANTE Y.

Syagra,Regio Ciliciæ,gentile Syagruus. Steph.
Syagros, extremum Arabiæ Felicis promontorium ad mare Rubrum,cuius meminit Plin.lib.6. cap.23.& 28.
Syagros,prom.est in Arabia Felici. Ptol.
Syagros, cuius nomen apud Sophoclem à suum venatione impositum Græcis,item Syagros aprum significat.
Syassus vicus Phrygiæ, gentile Syassæus. Steph.
Sybais,opp.antiquissimum XII.M.pass.ab vrbe distans.
Sybaris, fluv. Calabriæ, cuius aqua porta greges sternutamentis agitantur. Strab.lib.6.
Sybaris prius dicebatur,quæ posteà Turion. Steph.
Sybariæ pop.sunt illius civitatis.
Sybaritę,gens in architectura voluptatum operosissima. Sui.
Sybarita,enim nimio luxu notabilis erat,vndè.
Sybariticum,quidquid mollic, effeminatum, atque ambitiosa luxuria partum est, dicitur.

Syba-

Sybaritas,nequitias Philo Hebræus vocat lasciva poemata
Sybariticas fabulas, quæ parum Pudicæ, aut aniles essent appellatas, tradit Suidas.
Sybaritica mensa,pro laura dicitur, sive Sallaria.
Sybarissare,sybatarum ritu delicijs indulgere dictum.
Sybaritanus, a, um, Var.in sybaritano agro.
Sybaris,quoque Colchorum est regio. Diod.lib.5.
Sybaris nomen iuvenis apud Horat.lib.1.Carm. Od. 8.
Sybennitica,præfectura maritima in Ægypto. Steph.
Sybota,portus est in Epiro. Ptol.
Sybota, insf. est inter Corcyram, & Leucadiam. Plin. Vulg. (*Sibita.*
Sybridæ, vicus in Erechtheide tribu. Steph.
Syca,civ.est in Thracia Siciliȩ, & Ægypto.
Syca, sive sycæ, arum, civ.est Propontidis.
Syccinus,a,um,à syca,in Propontide. Plin.in Syccino agro.
Syca,opp.fuit in Sicilia insf. Thucyd. (Valer.
Syca, opp. est Numidiȩ opinor, vbi est templum Veneris.
Sycaminos,opp.est Syriæ Phœnices. Ptol.
Sycassa, insf. est in mari Ægeo ante Ephesum, de qua Plin. lib.31. cap.5.
Syce,insf.est iuxta Ephesum civitatem. Plin.lib.5. cap.31.
Syceus, vnus Titanum, quem fugientem Tellus mater suscepit, & inde Sicum protulit. Steph.
Sycta, civ.est in Perside regione. Ptol.
Syderis,fluv.est, à quo mare Hyrcanum vocari incipit.
Syene, opp.est dividens Æthiopiam ab Ægypto.Plin.Vulg. *Pagnara.*
Syes, pop.sunt in Italia. Strab.
Sygeros, insul.est in sinu Arabico, in qua nulli sunt canes, atque aliundè importari, circa littora moriuntur. Plin. lib.7. cap.22.
Sygimnæ, pop.sunt Lucaniȩ. Herod.lib.5.
Syla,mons est sylvæ Lucaniæ.Virg.12.Æneid. (Exrremo.
Sylaris,fluv.Picenum à Campania disterminans.Strab.lib.5.
Sylenus,fluvius est Teuthraniæ regionis.Plin.lib.5.cap.30.
Syleon, vrbs Phrygiæ, gentile Syleius. Steph.
Sylla, nobilis Romanus, ex antiqua Scipionum familia in adolescentia omnibus flagitijs inquinatus.
Syllanus, a, um, Cic.qui nos Syllanos in invidiam rapit.
Syllaturio,is,ire, Syllam imitari, Cicer.ita syllaturit animus
Syllenion,statuaris nullo ductore nobilis. (eius.
Syloson,Polycratus Samyorum tyranni frater. Strab.
Sylvani, dij sunt sylvarum. Lucan.lib.3.
Sylvanus sylvarum Deus,quem Græci Pan vocant.
§.Sylvester, Pontifex Romanus, anno 314.
§.Sylvester II.Pontifex Roman.anno 998. (Æneid.
Sylvia,nomen quo illa Romuli mater vocata est. Virgil.7.
Sylvius, Æneæ filius, à quo omnes Albani Regis dicti Sylvij fuere. Serv.in 7.Æneid.
Symbolorum, portus est in Taurica regione. Ptol.
Symbri, pop.sunt Corsicæ insf. Ptol.
Symbri, pop.sunt in Gallia Cisalpina. Strab.lib.5.
Symachia, vna fuit ex Sybillis, teste Martiano Cappella Hipperensis filia. (*celino.*
Symethur, fluv.est Siciliȩ non longè ab Ætna, Vulg. *Mar-*
Symetij,pop.sunt Siciliæ insf.à Symetho fluvio. (nis.
Symethinus,a, um, Iul. Firm. prope alveum Symethin am-
Symethis, idis, à Symetho fluv. Ovid. Nymphaque Symethi
Symethius,a,um,Virg.Symethia circum flumina. (decretus.
Syme, insf. est Rhodiorum, quȩ prius Æglea Syma salysi filia. Plin.lib.5. cap.38.
Symeon, nomen est viri proprium.
Symithia,opp.est Mauritaniæ Cæsariensis. Plin.
Symmathica, Venus dicta est à Mantinensibus,quod in Artico prælio Romanis opem tulisset.
Symmachus, Romanus orator, adversus quem Prudentius, & Ambrosius accerrimè scripserunt.
Symmachus, sacrorum librorum fuit interpres doctrinæ parum syncerȩ.Euseb.lib.6.cap.14.Hist.Ecclesiast.
Symmachus, Romanorum Episcopus, regnavit annis 15. mensibus 5. diebus 26. anno salutis 499.
Symmachus, Consul ab vrbe condita 1275.
Symphus,insf.est adiacens Macedoniæ.
Symplegades, insf. duæ, sive scopuli ad Bosphorum Thracium, Vulg.*Pavonare.*
Synangus, vrbs Phœnicum, gentile Synangius. Steph.
Synesius,Philosophus Christianus è Pentapoli Africæ,Præsul Ptolemaidis. Pteph.
Synnada, opp.est Phrygiæ magnæ. Ptol.
Synnada, civ. est Lycaoniæ.
Synnadicus conventus, ab eadem Synnada dictus.
Syphax,Rex fuit Numidiarum,qui victus à Scipione ductus est in triumphum, spiravitque in carcere. (*Sicilia.*
Syracusæ,arum,civ.est clarissima Siciliæ, Vulg. *Zaragoza de*
Syracusij, sive Syracusani, pop.sunt inde dicti.
Syracusius,a,um,Græcè dicitur, Lat.Syracusanus.
Syracusani fuere Theocritus, & Dionysius Syracusanus.
Syrbanæ,insf.in Euphrate, gentile Syrbanus. Steph.
Syrbotæ,Plin.lib.7.dicuntur qui suprà, Ptol.Syrbites.
Syrgos,fluv.est in Meotidam paludem defluens.Her.lib.4.
Syria,soba in titulo,Psalm.60. ea est, quæ Palæstina dicitur.
Syria, regio est latissimè patens in Asia.
Syria Cœles, id est, curva, non vt Galeni interpres vertit Syria profunda.
Syriacus,a,um,fuer.Exercitus Iudaicus,& Syriacus.
Syrius, a, um,sive Syrus,a,um, quod est ex Syria.
Syriaticus,a,um, Liv.Adversus eandem Syriaticam classem.
Syriscus, a, um, Virgil. *Coppa Syrisca caput Graia redimita mitella.*
Syricus,a,um,vt Syrica mala. Colum.lib.5. cap.10.
Syri, à Græcis Cappadoces dicuntur. Herod.lib.1.
Syrianus Alexandrinus Philosophus PlatonicusAthenis docuit,huius discipulus Proculus fuit. Suid.
§.Syricius, Pontifex Romanus, anno 385.
Syrictæ gentes sunt inter Nomadas Indos. Plin.lib.7.
Syrini,pop.sunt Lucaniæ in Italia. Plin.lib.3. cap.5.
Syrinx, Nympha Arcadiæ, quam Pan rusticorum Deus adamavit, mutata, in palustres calamos.
Syricus, insul.est Ioniæ Asiæ opposita.
Syrtha, filia fuit Sysualdi Danorum Regis memorandæ pudicitiæ. Saxo lib.7.
Syrius, stella est in ore Canis posita, quæ annis singulis oritur circa octavum Kalendas Iulij.
Syrmæum, campus inter nomadas,& nabatheos. Steph.
Syrmatæ, idem qui Sauromatæ. Steph.
Syrnus,insf.est vna è Cycladibus in Ægeo. Plin.lib.4.
Syrocilices,pop.mixti ex Syris,& Cilicibus.
Syromedi,pop.sunt mixti ex Syria,& Media.
Syrophœnix, qui habitat in ora maritima Syriæ iuxta Euphratem, cuius pars Idumæa,& Iudæa.
Syros,insf.est vna è Cycladibus,Vulg.*Sira.* (opinor.
Syritanus, Damasus quidam dicitur Hieron. à Syro insul.
Sysigambis, Darij mater, quæ audita morte Alexandri sese perpetuæ nocti dedit. Quint.Curt.alijs sirsigabis.
Syrtes, loca circa finem Africȩ versus Ægyptum periculosissima propter aquas reciprocas.
Syrtes,quæ sunt in finibus Africæ,maior, & minor, Vulgò *Baxos de Berberia.*
Syrticus,a,um,Sil.Syrticus excelso decurrens robora monte.
Syrticæ,pop.sunt Africæ propriæ.Ptol. (gurthino.
Syrtium descriptionem, vide apud Sallustium in bello Iu-
Syrus,insul.Ioniæ cum vrbe eiusdem nominis,vnde Phorecides Syrus ortum habuit.
Syrus, a, um, à Syro dicitur insula, sive vrbe.
Syrcia,castellum est penes Segesticam viam, quæ in Italiam ducit,ex Danubij finibus. Strab.lib.7.
Sysidas,civ.est Ciliciæ Thraciæ finitima.
Sytius,insul.est Cretæ. Strab.

DE LITTERA T.

TAbæ, arum,opp.est Cariȩ. Plin.lib.5. cap.27.
Tabæ, vrbs Lydiȩ, de qua oraculum Pisidia datum, dicta à tabo heroe,

Ta-

Tabali,pop.ſunt Galliæ Aquitanicæ. Ptol.
Tabana,opp.eſt Taurica Cherſonneſo. Ptol.
Tabeni,pop.iuxta deſertum Carmaniæ habitantes. Steph.
Taberni,pop.ſunt iuxta Calbes. Pomp.lib.1. c.21.
Tabernæ,locus iuxta Romam, Act.28.
Tabiena,inſ.eſt adiacens Perſidę regioni. Ptol.
Tabidium,opp.eſt Africæ interioris. Plin.lib.5. c.5.
Tabiana, regio eſt in Parthia. Ptol.
Tabieni,pop.ſunt Æthiopiæ Ægypti. Ptol.
Tabij,vrbs Italiæ, in qua Remus inſtitutus eſt. Steph.
Tabilaca,civ.eſt in Armenia.
Tabis,mare Septentrionale. Solin. c.25.
Tabis,promont.eſt ad Idras. Solin.
Tabor,mons eſt in mare Galileæ rotundus,ac ſublimis.
Tabraca, opp. eſt Africæ propriæ dictæ,Silius Sabatram nominat lib.3. alij Tabatra, quod minimè mirum eſt,barbara enim vocabula inepta ſunt , nec ſemper eodem ſono vtraque lingua efferri conſueverunt,vt Hermolaus ſcribit.
Tabuda , fluv. eſt in Morinorum ora , Ptol. Alio nomine Scaldis, Vulg.*Scalde.*
Taburnos , mons eſt Campaniæ, Virg. 2.Georg. *Ingentem veſtire taburnum*,Vulg.*Monte Taburo,en tierra de Labor.*
Tacaſim,civ.eſt in tribu Zabulon,Ioſ.19. (Tacit.lib.3.
Tacifarina, Numidiarum Rex, victus à Decio ad Pagydam
Tacapæ,arum,opp.eſt Africæ propriæ. Ptol.
Tacaphotes,villa eſt Marmaricæ in Ægypto. Ptol.
Tacatua,opp.eſt in ora Numidiæ. Ptol.
Tachaſara,civ.eſt Mediæ. Ptol.
Tachelotis,Ægyptiorum Rex regnavit annis 12.
Tachemſo,inſ.quædam Nili. Herod.lib.2.
Tachorſa,vicus eſt præfecturæ Lybicæ in Ægypto. Ptol.
Tacitus Cornelius , orator , & hiſtoricus clariſsimus , ſub Adriano Principe familiaris. Plin.Iun. (*cha.*
Tacola, Indiæ emporium extra Gangem. Ptol. Vulg.*Mala-*
Tactus,Rex Ægyptiorum fuit,Atheneus lib.14.
Tacubis,civ.eſt Hiſp.Luſitaniæ. Ptol.
Tadæus,nomen eſt viri proprium.
Tader,fluv.eſt Hiſp.citerioris. Plin.lib.3. c.3.
Tadiates,pop.fuerunt Æquiculorum in Italia. Plin.
Tænarus, & Tęnara, orum, promont.eſt Laconiæ regionis. Plin.Vulg.*Cabo Matapan.*
Tænarus locus vmbroſus in radicem Malchæ , promontorij Laconiæ,in quo fauces erant ad inferos deducentes.
Tænarius,a,um,à Tænaro,vt Luci Tænarij. Stat.
Tænaris,idis,Ovid. *Excepit portu Tænaris ora ſuo.*
Tæniolonga,civ.eſt Mauritaniæ Tingitanicæ. Ptol.
Tænon,fuit vrbs in Laconia.Herm.in Plin.lib.9.
Tæpa,civ.eſt Perſidis regionis. Ptol.
Tagama,civ.Lybiæ interioris. Ptol.
Tagaſta,civ.opp.eſt Africæ propriæ dictæ. Plin.lib.5.
Tagaſta,Divi Aurelij Auguſtini patria fuit.
Tagaſtenus Alpius,in Concilio Carthag.interfuit.
Tagaſtenſis,e,à Tagaſta ſuperiori.
Tages,aruſpicinæ inventor fuit. Cic.lib.2.de Divin.
Tagri,pop.ſunt Sarmatiæ in Europa. Ptol.
Tagrus,mons Luſitaniæ, apud quem quędam equæ dicuntur è vento concipere. (*Tajo.*
Tagus, fluv.eſt Hiſpan. iuxta Toletum præterfluens, Vulgò
Tagus,aureis arenis celebratur. Plin.lib.3. c.3.
Tani,pop.à Sarracenis ad Meridiem vrgentes. Steph.
Taizalum,promont.eſt in Britannia. Ptol.
Tala,mons eſt Lybię interioris. Ptol.
Talabrica,opp.eſt Hiſp.Ptol.Vulg.*Talavera.*
Talæmeneus,viri proprium,qui Troianis auxilia miſit.
Talamina,civ.eſt ſervorum in Hiſp.Ptol. (lib.2.c.8.
Talaon , filius fuit Iaſij , qui apud Argos regnavit. Boccat.
Talarenſes,pop.ſunt Siciliç inſulæ. Plin.lib.3.
Talaria,vrbs Syracuſiorum,gentile Talarium. Steph.
Talaſio,virginitatis Deus apud Romanos exiſtimatus.
Talaſio,civ.eſt in Peloponneſo. Strab.
Talus,flu.in Italia,Strab.lib.6.Vulg.*Cocco en Baſilicata.*
Talbonda,civ.Piſidiæ in Pamphilia. Ptol.
Talcinum,opp.eſt in Corſica inſula. Ptol.
Talga,inſ.eſt in Caſpio mari ſine culto fertilis. Pomp.
Taltybius,præco Agamemnonis in Græcorum exercitu.Homer.Illiad.1.
Talubath,civ.eſt Lybiæ interioris.Ptol.
Talus,fluv.eſt in Mauritania.
Tamara,opp.eſt Britanniæ inſulę. Ptol.
Tamara,fluv.eſt Galiciæ in Hiſp. Ptol.
Tamarici,pop.ſunt à tamare Gallecię dictæ.
Tamarici,fontes ſunt in Cantabria. Plin.lib.31. c.3.
Tamarus,fluv.eſt Britannię inſ. Ptol.Vulg.*Tone.*
Tamarica,civ.eſt Mauritaniæ Cæſarienſis.
Tamaricæ pop.Aſiatici non longè à Caſpio mari.
Tambrax,vrbs Parthorum,gentile Tambreius. Steph.
Tamia,civ.eſt Britannię inſulæ. Ptol.
Tamnæ,vrbs Arabiæ cives Tamnites. Steph.
Tamos promont.eſt Tauri montis. Pomp.
Tamuda,ſive Tamnada,fluv.eſt Mauritaniæ. Plin.
Tamus Cretæ vrbs eſt. Herod.lib.4.
Tamuſida,opp.eſt Mauritaniæ Tingitanæ Mediterraneum.
Tamuſiga,opp.eſt eiuſdem Mauritaniæ. Ptol.
Tamina,vrbs eſt Erethriæ,vbi Iupiter Tamineus. Steph.
Tamyraca,civ.eſt in Sarmatia Europæ. Ptol.
Tanadarus,civ.eſt Armenię minoris. Ptol.
Tanager,fluv.Lucaniæ inter Campaniam,Virg.3. *& ſicci ripa Tanagri.*
Tanagria,opp.eſt Bœotiæ. Plin.lib.4. c.21.
Tanagria altera,civ.eſt in Perſide. Ptol.
Tanagræus,a,um,res ad Tanagram pertinens. Cic.
Tanais,fluv.eſt Scythiæ dirimens Europam ab Aſia. (*Tana.*
Tanais, fluv. in Mœotidem paludem defluit , Vulg. *Don, ò*
Tanais,opp.ad fluv.oſtia à Græcis conditum.Plin.lib.2.c.9.
Tanis,opp.eſt in Sarmatia Europæ,& Aſiæ.
Tanais,inſ.eſt Ponti Euxini.
Tanaiteus,a,um,res ad Tanaim pertinens.
Tanaitæ,pop.ſunt vtriuſque Sarmatiæ.
Tanaquil,vxor fuit Priſci Tarquinij.Plin.lib.32. (*Tanaro.*
Tanarus, fluv. eſt in Padum fluens. Plin. lib.3. c.16. Vulg.
Tanas,opp.non longè à Tana,quod Venetis paret.
Tanaris,fluv.eſt Myſiæ ſuperioris. Ptol.
§.Tambertia,portus maritimus Momoniarum in Ibernia.
Tanea,vicus eſt Parthorum. Trog.lib.11.
Tanes,vir Perſa,vnus fuit è Ducibus Darij.
Tangana,civ.eſt Lybiæ interioris. Ptol.
Tanis,eos,civ.eſt antiquiſsima in Ægypto, à qua.
Tanicum,ſive taniticum oſtium,vnum ex ſeptem Nili.
Tanitana,plaga in Ægypto. Herod. lib.2.
Tanites,nomos,præfectura eſt in Ægypto. Ptol.
Tantium,opp.eſt Galliæ togatæ in Italia.Ptol.Vulg.*Tavedo.*
Tanitani,opp.ſunt in octava Italiæ regione. Plin.lib.3.
Tanos,vrbs Cretæ, gentile Tanius. Steph.
Tantalis,opp.eſt Ionię,quod poſteà Sypilum dictum.
Tantalus, Phrygiæ Rex, Iovis ex Plotæ Nympha filius cum Troe Danniæ Rege bellum geſsit.
Tantalus, apud inferos detruſus perpetua fame , & ſiti torquetur. Ovid.*Quæſinit aquas in aquas,&c.*
Tantalo hoc tormenti genus inditum,quod Deorum ſecreta mortalibus revelaverit. Ovid.
Tantalus dictus,quaſi talantaton, infœliſsimum. Plat.
Tantalus alius , Corinthiorum Rex ob pietatem Deorum menſis dignatus.
Tantalus , item Thyeſtis ex Merope filius , interfectus , & appoſitus eſca patria. Horat.
Tantalus,mons Lesbi,gentile Tantalius.Steph. (*manu.*
Tantaleus, a , um , Propert. *Tantalea poterit tradere poma*
Tantalicus , a , um, Claud. *Non aqua Tantalicis ſubducitur invida curis.*
Tantalis,dicta eſt Niobe Tantali filia.
Taocha,civ.eſt in Perſide regione. Ptol.
Taochi,pop.in Pontum,qui & Toæ. Steph.
Tapanitæ,pop.ſunt præfecturæ Marmaricę. Ptol.

Taphiæ, inſ. ſunt inter Leucadiam, & Achaiam. Plin.
Taphiaſus, mons eſt Ætoliæ regionis. Plin. lib. 4. cap. 12.
Taphij, dicti ſunt pop. à Tapho Neptuni filio.
Taphiuſa, locus iuxta Leucadem, in quo Taphiuſius lapis naſcitur. Plin. lib. 36. cap. 31. (appellatum.
Taphiuſa, oppidum eſt Cephalleniæ, quondam Taphos
Taphnis, civ. in Ægypto, cuius habitatores Taphnei dicti.
Taphiæ, oppidum eſt in Taurica Cherſonneſo. Plin. lib. 4.
Taphræ, opp. eſt Africæ inter duas ſyrtes. Plin. lib. 5. Vulg. *Fachs, Villa, y Puerto.*
Tapori, pop. ſunt Luſitaniæ ſtipendarij. Plin. lib. 4.
Taposiris, opp. eſt Mareotæ præfecturæ. Ptol.
Taposiris, dictum quia in eo ſit ſepultus Oſiris. Steph.
Taprobane, inſ. eſt in mari Indico admodum grandis. (artem.
Taprobane, longiſsima vita ſine vllo languore producitur
Tapſagum, opp. eſt Cyrenaicæ regionis. Plin. lib. 5. c. 5.
Tapſus, inſ. 10. ſtadijs diſtans à Sicilia verſus Syracuſa. Vulg. *Isla de la Magniſi.*
Tapura, civ. eſt Armeniæ minoris. Ptol.
Tapiri, pop. Parthiæ, qui proprias vxores alijs viris nuptui concedunt. Strab.
Tarachiæ, inſ. eſt propè Corcyram. Plin. lib. 4. cap. 12.
Taranis, dicebatur Iupiter à Gallis, cui humano ſanguine litabant.
Tarantaſea, civ. eſt in Alpibus ſita, Vulg. *Tarenteſa.*
Taranta, à quoddam heroe dixerunt, inquit Strab. (dicitur.
Taranton, Græcè genere neutro, quod apud nos Tarentum
Taras, genere quoque maſc. dicitur pro eo quod Tarentum.
Tarantus, vrbs Bithyniæ, vbi Iupiter Tarentus colitur. Steph.
Taras Neptuni filius, qui Tarentum ædificavit.
Taraſcodunitani, pop. ſunt Provinciæ Narbonenſis.
Tarba, civ. eſt Cretæ inſ. Ptol.
Tarbelli, pop. ſunt Galliæ Aquitanicæ. Plin. lib. 4. cap. 9.
Tarbelicus, a, um, Luc. *Admiſſum claudit Tarbelicus æquor.*
Tarchetius, impius Albanorum Rex, de quo Plut. in vita
Tarchia, vrbs Siciliæ, gentile tarchiates. Steph. (Romuli.
Tarchon, Hetruſcorum Dux, qui Æneæ contra turnum, & rutulos ſuppetias tulit.
Tarcomon, vrbs Tyrrheniæ, à Telepho filio Tarchonis. Steph.
Tardaſtili, pop. ſunt Indorum. Plin. lib. 24. cap. 17.
Tarentum, civ. eſt Italiæ in ſinu Tarentino, Vulg. *Taranto.*
Tarentinus, portus eſt celebris propè tarentum. Plin.
Tarentinus, a, um, quod ex Tarento eſt, vt Tarentina nux, & Tarentina pyra. Plin.
Tarentina, prom. eſt Sarmatiæ Aſiaticæ. Ptol.
§. Tarrequinia, opp. Vltoniæ in Ibernia.
Targuli, pop. ſunt Germaniæ, Cæſar.
Tariana, civ. eſt in Suſiana regione. Ptol.
Tarichea, civ. eſt Iudeæ Palæſtinæ. Plin. lib. 5.
Tarichia, inſ. ſunt è regione Carthaginis. Strab. lib. 17.
Tarina, civ. eſt Armeniæ maioris. Ptol.
Tariona, caſtellum eſt Liburniæ, ſeu Dalmatiæ. Plin.
Tariorarum, antiqua regio eſt in Liburnia. Plin. lib. 3.
Tarna, civ. eſt in Bœotia. Strab. lib. 9.
Tarnes, fons eſt in Lydia regione. Plin. lib. 5. cap. 29.
Tarnes, fluv. eſt in Gallia Aquitanica. (*Ricplingen.*
Tarodunum, oppidum eſt in Germania magna. Ptol. Vulg.
Tarona, civ. eſt in Taurica Cherſonneſo. Ptol.
Tarpeia, filia fuit Tarpen, quæ Romanam arcem in Capitolio conſtitutam Sabinis prodidit.
Tarpeus, mons Romæ, à Tarpeia Virgine Veſtali dictus, quæ ibi à Sabinis necata, & ſepulta fuit.
Tarpeia, Virgo Veſtalis, teſte Varrone. (lebatur.
Tarpeius, dictus eſt Iupiter à monte Tarpeio, quod ibi co-
Tarpeius, mons priùs Saturnius, poſteà Capitolium dictus, Vulg. *Campidolio.*
Tarpeius, a, um, Lucan. *Tarpeia de rube tonans.*
Tarphe, vrbs Locrorum, gentile Tarpheus. Steph.
Tarphara, vrbs Felicis Arabiæ, civis Tarphenus. Steph.
Tarquini, orum, opp. fuit Tuſciæ Mediterraneum. Ptol.
Tarquinenſes, pop. ſunt Hetruriæ. Plin. lib. 3. cap. 5.
Tarquinienſis, e, res ad Tarquinios pertinens.
Tarquinius Priſcus, quintus fuit Romanorum Rex. Liv.
Tarquinius Superbus, Rex Romanorum, cognomen à moribus meruit, huius filius Lucretiam ſtupravit.
Tarquinius Collatinus, ſorore Tarquinij Superbi genitus Lucretiæ maritus. Liv. lib. 1.
Tarrabeni, pop. ſunt Corſicæ inſ. Ptol.
Tarracina, civ. eſt Latinorum in Italia. Ptol. Vulg. *Gaeta.*
Tarracina, poſteà dicta, quæ priùs Anxur, & Trachyna.
Tarracina, Trachyna dicta, à loci aſperitudine. Livius.
Tarracon, vel potius Tarraco, per duplex, r, civitas eſt Hiſp. citerioris. Pomp. lib. 3. Vulg. *Tarragona*, à qua.
Tarraconenſis, Hiſp. eadem quæ citerior.
Tarraconenſe vinum, celebratur à Martiali in Diſtich.
Tarraga, civ. eſt Vaſconum in Hiſp. Ptol.
Tarragenſes, pop. ſunt Hiſp. citerioris. Plin. lib. 3.
Tarrum, opp. eſt Mauritaniæ Cæſarienſis. Ptol.
Tarſatica, civ. eſt in Illyride, ſeu Liburniæ. Ptol.
Tarſe Regnum, Aſiæ Regio, quæ olim Gedroſia.
Tarſeium, vrbs iuxta Herculis columnas. Polyb. (dixit.
Tarſis, Regio Iudeæ, ad quam Ionas Propheta, ſe velle ire
Tarſium, civ. eſt Pannoniæ inferioris. Ptol.
Tarſus, civ. eſt Mediterr. Ciliciæ. Ptol. Vulg. *Tarſo.*
Tarſus, à Perſeo Danaes filio ædificata fuit. Lucan.
Tarſus, Apoſtoli fuit patria.
Tarſis, Regio dicta eſt, quæ poſteà vocata Cilicia.
Tarſenſes adeò ſtudioſi Philoſophiæ fuerunt, vt Athenienſes, & Alexandrinos ſuperarent.
Tarſenſis, e, à Tarſo, vt Tarſenſe pelagus, Columel.
Tartari, Sarmatiæ pop. Scythicis moribus immaniores.
Tartari, videntur eſſe qui Tractari, & nunc Tartari.
Tartarus, locus infernalis, cuius apud Poetas crebra mentio.
Tarteſſus, civ. eſt Bęticę eadem quæ Carteia, Pomp. Vulg. *Tarifa.* (quivir.
Tarteſſus, fluvius idem eſt, qui Bętis, poſteà dictus *Guadal-*
Tarteſiacus, a, um, Sil. *Ac Tarteſiacos tendit per littora portus.*
Tarteſsius, a, um, Ovid. *Præſſerat occiduus Tarteſſia littora Phœbus.*
Tarualtæ, pop. ſunt Lybiæ interioris. Ptol. (*Terovane.*
Tarvana, opp. eſt Morinorum in Gallia Belgica. Ptol. Vulg.
Taruda, opp. eſt Mauritaniæ Cæſarienſis. Ptol. (*Duingibe.*
Taruecum, quod & Oreas, opp. eſt in Britannia. Ptol. Vulg.
Taruntius, vir fuit Philoſophiæ, & Mathematicæ ſtudioſus. Plut. in Romulo. (*Taro.*
Tarus, fluv. eſt in Padum defluens. Plin. lib. 3. cap. 16. Vulg.
Taruſates, pop. ſunt Galliæ Aquitanicæ. Cæſar.
Taruſco, opp. eſt Provinciæ Narbonen. Ptol. Vulg. *Taraſcon.*
Taſmenes, vnus ex filijs Neſtoris.
Taſta, civ. eſt Aquitania. Ptol.
Taſtina, civ. eſt Armeniæ minoris.
Tatianus, nomen eſt viri proprium.
Tatienſes, tertia pars pop. Romani à T. Tatio dictæ.
Tatius, Rex fuit Sabinorum, qui adverſus Romam bella geſsit, ſed dæmum à Romulo in vrbem receptus eſt.
Tatta, ſtagnum Salis nativi ingente Morimenorum in confinio Cappadociæ, & Galatiæ. Strab.
Tattæus, a, um, à Tatta ſtagno, vt Tattæus ſal.
Tattæus ſal, Phrygius vocatur, qui eſt vtilis oculis. Diod.
Tava, vrbs Ægypti, civis Tavites. Steph.
Tavaca, vrbs Siciliæ, gentile Tavacinus. Steph.
Tauchira, civ. Barcæorum. Herod. lib. 4.
Taugeros, Hom. 6. Odyſſ. pro eo quod Troygètos, per, au, diphtongum dicitur. (in prima.
Taugetos, & Taugeton quoque dicitur per ita, & ypſilon
Taunium, opp. eſt Toremorum in Galatia. Ptol.
Taulanti, pop. ſunt Liburniæ. Plin. lib. 3. cap. 22.
Taulantij, pop. ſunt Macedoniæ. Ptol.
Taurania, opp. in agro Campano. Plin. lib. 3. cap. 3.
Taurarij, pop. in Taurica regione conſtituti. Steph.
Taurea, Iubellius Campanus, vir memorandæ fortitudinis. Livius de bello Pun. lib. 2.

Taurentium, opp.est Galliæ Narbonensis. Ptol.
Taureus,Neptuni epitheton,quia ei Tauros immolabant.
Tauri, pop.Alpium incolæ.
Tauri,& Taurilia,ludi in honorem Deor.inferorum facti.
Tauri,pop.sunt Tauricæ regionis incolæ. Pomp.
Taurianum,opp.est in littore Brutio iuxta Rhegium.
Taurianus sinus,cognominatus ab eodem oppido.
Taurica Chersonnesus, regio est Septentrionalis Europæ, Vulg.*Capha.*
Tauri, & Taurici, pop.sunt eius regionis.
Tauricus,a,um,vir, aut fœmina ex Taurica regione.
Tauricum,opp.est Galliæ,vndè oritur Danubius.
Taurini,cognomine Aquenses,pop.sunt Hetruriæ.
Taurini,pop.sunt in Transpadana regione.Plin.lib.3.Vulg. *Piamonte.*
Taurinus,a,um,Sil.*Taurinis ductor statuit tentoria campis.*
Taurisani montes,vndè Silis fluv.oritur. Plin.lib.3.
Taurisani, pop.sunt, qui & Taurisci dicuntur.
Taurisci, sunt qui Norici. Plin.
Taurisci,ab Axi,i, Tauro nominati sunt ab authore eodem.
Taurisium, civitas est condita à Taurisanis, sive Tauriscis, Vulg.*Trivisi.*
Taurisium,corruptè profert trivisium. Ioann.Annio.
Taurois,vrbs Geltica Masilensium Colonia. Steph.
Tauromìnium, opp.Siciliæ incolæ situm, cui Tauri nomen fuit, Vulg.*Taormina.*
Taurominitanus,a,um,res ad Taurominium pertinens.
Tauroentium, oppidum Galliæ Narbonensis, quod suprà Taurentium.
Tauropolion,Dianæ templum in Samo. Strab.lib.4.
Tauroscythæ, pop.sunt Sarmatiæ in Europæ. Ptol.
Taurubulæ,arum,ins.propè Neapolim. Stat.
Taurunum, opp.est Pannoniæ inferioris. Ptol. Hodie Alba Græca, Vulg.*Grex Vvissemburg.*
Taurus Berytius, Philosophus Platonicus, sub Antonino Principe, cuius sæpè meminit Gellius.
Taurus,mons ingens ad Occasum porrectus, propè Tigrim, & vltra Euphratem.Plin.Vulg.*Cortestan.*
Taurus,prom.est Siciliæ insulæ. Ptol. Vulg. *Cabo de Santa Cruz.*
Taurus,mons est Germaniæ. Pomp. lib.3.cap.3.
Taurus alveus est,quo Alexandriam aditur.Plin.lib.5.c.31.
Taurus,civ.est in Dalmatia.
Tauri,prom.est in Lycia regione. Pomp.lib.1.
Taurica,civ.est in Media. Ptol.
Taxiana,ins.est adiacens Susianę regioni. Ptol.
Taxili,vrbs Indiæ maxima,gentile Traxelites. Steph.
Taxili,pop.in India. Strab.lib.35.
Taygeta, Agenoris fuit filia, ex qua Iupiter Lacedæmonem genuit,quamquam alij Semeles filiam faciant.
Taygeta alia vna è septem Pleiadus. Serv.
Taygetus, ij, mons est Laconię Libero patri sacratus sub quo Sparta, & Amyclæ. Strab.
Taygeta, mons idem Virg. *Virginibus baccata Lacænis Thaygeta.*
Tazena,civ.est in Media. Ptol.
Tazos,opp.est Taurica Chersonneso. Ptol.
Tazo, opp.est Sarmatiæ Asiaticæ. Ptol.

## T. ANTE E.

Teanum,civ.est Campanorum Mediterranea. Ptol.
Teanum quoque,civ.est Apulorum Dauniorum.Ptol.
Tearco,Ætiopiæ Rex maximus,qui externas subegit gentes. Strab. lib.5.
Teari,qui Iulienses,pop.sunt conventus Tarracon.
Tearus,fluv.est Thraciæ in Attica regione. Plin.lib.4.
Teurus,fluv.est salutifer,in Contadesum amnem defluens.
Teatæa,civ.est Marucenorum in Italia. Ptol.Vulg.*Chieti,en Abruzzo.*
Teatini,pop.sunt Marucenorum in Italia. Plin.lib.3.
Tebenda,civ.est Cappadociæ. Ptol.
Tecilia,civ.est Germaniæ magnæ. Ptol.
Tecmon,vrbs Thesprotorum,civis Tecmonius. Steph.
Tectosagæ,pop.sunt Galatiæ,sive Gallogræciæ. Ptol.
Tectosages,apud Ausonium appellantur Teutosagi.
Tectosagum,opp.est Provinciæ Narbonensis. Plin.lib.3.
Tedamensij,pop.sunt Africæ propriæ dictę. Ptol.
Tedanium,flumen est in Illyride regione.Plin.lib.3.c.31.
Teder,opp.Mediterraneum Vmbrię. Plin.
Tediastum,civ.est Liburniæ. Ptol.
Tedisera, Dea Ceres dicta est, cuius sacra noctu fiebant. (Ovid.
Tedion,civ.est Arabiæ desertæ. Ptol.
Tega,opp.est Africæ inter duas Syrtes. Ptol.
Tegæa,opp.est in Arcadia regione. Plin.lib.4. cap.6.
Tegæus,a,um,ea ratione,sicut Memæus,a,um.
Tegeaticus,a,um,à Tegea,vnde Pan Deus Tegeaticus.
Tegeaticum,bellum cum Lacedæmonijs. Her.lib.1.
Tegeaticus,volucer,& ales,Mercurius dicitur. Stat.
Tegessus,vrbs Cypri, gentile Tegessius. Steph.
Teium, vrbs in Paphlagonia, vnde ortus Anacreon, vbi templum Apollinis. Sallust.
Teius,a,um, Ovid. Præcepit Libici Teia Musa senis Teius, a,um,à Teo ins.contra Lesbum.
Teladusij,pop.sunt Mauritaniæ Cæsariensis. Ptol.
Telamon,Acaci filius,Pelei patris Achillis frater.
Telamonides, forma patronymici dicitur Aiax. Telamonis (filius.
Telamon,portus est Hetruriæ in Italia. Plin.Vulgò *Puerto de Telamone.*
Telamon,inter portum Herculis, & caput Hetruriæ, Ioan. Annio, Vulg.*Cabo de monte Argentaro.*
Telandrus,ins.est in mari Lyciæ. Plin.lib.5. cap.31.
Telchina,priùs dicta est,quæ posteà Rhodus, Vulg.*Rodas.*
Telchines, filij Minervæ, & Solis, ijdem qui posteà Corybantes,& Iudæi. Strab.lib.10.
Telchis,vrbs Æthiopię in Lybiæ,gentile Telchites. Steph.
Telchinia,Peloponnesi vrbs,quæ posteà Sicyon dicta. Step.
Telchinius, Apollo dictus est apud Lydios, à Telchinibus hominibus maleficis,& fascinatoribus, qui Rhodum incolebant. Palæph.lib.1.
Telchines,dæmones dicuntur invidi,& hominibus malefici.
Telchinus,& Amphitus Castoris, & Pollucis aurigæ fuere, à quibus fera gens Heniochorum orta. Plin.
Teleba, civ.est Albaniæ. Ptol.
Teleboæ, Ætoliæ pop.fuerunt latrocinio infamati.
Teleboæ, quoque fuerunt Campaniæ. Virg.lib.7.
Teleboas,vnus è Centauris Ixionis,& Nubis filius. Boc.
Telebois,pars est Acarnaniæ. Steph.
Telecrus, nomen proprium Regis Laconiæ.
Telegovus,Vlysis filius ex Circe,qui patrem interfecit.
Telemachus,fuit Vlysis ex Penelope filius. Ovid.
Telemus,Eurymi filius, & vates egregius, inter Cycoples, Poliphemo prædixit, quæ ab Vlysse passus est.
Telephanes, vir carrucarius, ad Regnum Lydorum ex oraculo accersitus.
Telephanes tibicen, cuius meminit Demosthenes.
Telephus, Herculis filius ex Augæa filia Alcęi Arcadiæ Regis, qui acerva nutritus fertur.
Telephus Purgamenus Grammaticus, scripsit ferè omnia, quæ ad Grammaticam pertinent. Suid.
Telephus, mendicus peram gestans apud Aristophan.
Telephi,fons in Lycia est,& stadijs 7.à Pataris distat.Steph.
Telesco Nympha Oceani,& Tethyos filia. Hesiod.
Telosia, mulier fuit poetica nobilis. Pausan.
§.Telesphorus, Pontifex Romanus, anno 127.
Telesia, civ.est Samnitum in Italiâ. Ptol.
Telestor,pater fuit Euripidis poetæ.
Teletusa, mater Iphidis puellæ,quæ in puerum mutata fuit. (Ovid.
Telis,fluv.est Provinciæ Narbonensis. Plin.lib.3. cap.4.
Tellen,tibicen fuit,& poeta ineptissimus.Erasm.in Prover.
Tellenis cantillenas canere, Proverb. in dicaces, & ineptè loquaculos.
Tellene,opp.est Latij,quod interijt. Plin.lib.3.cap.5.
Telias vates fuit Helæus, cuius stratagema, vide apud Herod.lib.8.
Telmeta, vrbs Cariæ, gentile Telmetæus. Steph.

Tellus, vir pauper Atheniensis, quem Solon Cœso feliciorem esse dicebat, Plut.& Herod.
Tellus, Dea terræ credita est antiquis. Cic. de Natur. Deor.
Telmissus, sive Telmessos, opp. est Lyciæ. Ptol.
Telmessus, priùs Teminessus, à Temmesso Apollinis filio conditore. (est.
Telmessus, à Thermesso differt, nàm Thermessus in Pisidia
Telmessum, inquit Plin. vrbem quondam fuisse religiosissimam.
Telmissus, sive Telmessos, simplici, & duplici ss. scribitur.
Telmesus ferè, non Telmessus scribitur à Græcis.
Telmessus, inscribitur fabula Aristoph. à Thelmeside promontorio.
Telmessus anteà vocabatur Oropus, Syriæ civ. Steph.
Telobis, civ. est Lacetanorum in Hisp. Ptol.
Telos, ins. est vna è Cycladibus in Ægæo. Plin. lib. 4. Vulgò *Episcopi*.
Telos, ins. Epitropio obiacet. Herod. lib. 6.
Telma vnguenta, à telo insula. Plin. lib. 13. cap. 1.
Telphissa fons, cuius aquas Tyresias vates, qùum senex potasset, & ferre non potuisset, extinctus est.
Telphussa, Licophron, opp. est in Arcadia regione. (Pindaro.
Telphussum, opp. est in Bœotia, vbi laudatur Bacchus à
Telys Sybaritharum tyrannus, Herod. lib. 5. (drus.
Temandrus, mons est Lybiæ interioris. Ptol. rectiùs Man-
Tembrius, fluv. est iuxta Pont. Orph. in Argonauticis.
Tembros, vrbs Cypri, in qua Hyllates Apollo colitur. Steph.
Temenia, vrbs Phrygiæ iuxta Lycaoniam. Steph.
Temenites, fons in agro Syracusano. Plin. lib. 3. cap. 8.
Temensum, opp. est in Peloponneso. Strab. lib. 8.
Temesa, opp. est Calabriæ in Brutijs. Plin. lib. 3. cap. 5.
Temese, opp. est Cypri, vbi æris fodinarum locus ostenditur, gentile Temesites. Steph.
Temesæus, a, um, Ovid. *Temesæaque concrepat æra.*
Temmices, pop. sunt Bœotiæ. Strab.
Temnos, opp. est Ioniæ. Plin. lib. 5. c. 29. (dine.
Tempe, loca amœna Thessaliæ, viginti mille pass. longitu-
Tempe, loca sunt etiam in Bœotia, quæ Ovid. Gigneia dicuntur. (Temesa.
Tempsa, opp. est Brutiorum, Græcis dicitur, quod Latinis
Tempsis, cacumen Tmoli montis, in quo 150. ann. vivunt incolæ. Plin. lib. 7. cap. 48.
Temus, vel temos, fluv. est Sardiniæ insulæ. (Gallico.
Tenchtheri, vel tenceri, pop. sunt Germaniæ. Cæs. de bello
Tenea, vicus Corinthi, à Thenno Cycni filio. Steph.
Teneas, fluv. est in Tyberim defluens. Strab. lib. 5. Vulg. *Tovino, en el Ducado de Spoleno.*
Tenebrium, prom. est Hispaniæ Tarraconensis. Ptol.
Tenebrius, portus est in eadem Hisp. Ptol. (*Tenedo.*
Tenedos, ins. est maris Ægæi contra Sigæum litus, Vulg.
Tenedius, a, um, Cic. Tenediorum igitur libertas, &c.
Teneros, opp. est in Bœotia. Strab. lib. 9.
Tenes, creditur fuisse Deus in Sicilia. Cic. 3. in Verr.
Tenia, opp. est Arcadiæ regionis.
Tenias, civ. est Asabitidis regionis Sarma. Asiaticæ. Ptol.
Tenissa, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis. Ptol.
Tenitę, credebantur esse sortium Deæ, quod tenendi potestatem haberent. Fest.
Tenes, Cieni filius, à quo tenea vicus Corinth. Steph.
Tenos, ins. vna è Cycladibus. Plin. Vulg. *Tine.*
Tensa, ins. est Italiæ à Leontibus condita. Solin.
Tensij, pop. sunt Mysiæ inferioris.
Tentyris, ins. est Nili. Plin. lib. 8. cap. 25.
Tentyrij, sive tentyritij, vel tentyritæ, insulani dicuntur.
Tentyris, civ. est Metropolis Ægypti. Ptol.
Tentyrites, nomos præfectura est in eadem Ægypto. Ptol.
Tenucani, Græci fuerunt Pisarum conditores.
Teon, prom. est Cretæ insulæ.
Teracatrię, pop. sunt Germanię magnæ. Ptol.
Terapna, civ. est in Licaonia regione, Helenæ patria.
Terapne, opp. est Cretæ Mediterr. Plin. lib. 4. cap. 12.
Terapne, ab aliquibus cum aspiratione scribitur, hoc est, Teraphne. (gem.
Teraphneus, a, um, Ovid. Rure terapnæo nata puella Phry-
Terapse, ins. non magna iuxta Carthaginem. Steph.
Terbetia, vrbs Siciliæ, cives Terbetini. Steph.
Terebia, civ. est Armeniæ maioris. Ptol.
Terebris, fluv. Hispaniæ Tarraconensis. Ptol. lib. 2. cap. 2. 6. tuder. Plin. lib. 3. cap. 14.
Terebus, fluv. est Hisp. Tarraconensis. Ptol.
Teredon, civ. est in Babylonica regione, sive Persica.
Terentia, Ciceronis vxor ex ipsius litteris notissima. Hæc Plin. lib. 7. cap. 48. quæst. 117. vixit annos.
Terentius, Poeta comicus, Carthagine natus.
Terentinus Scaurus Grammaticus, Adriani Principis temporibus scripsit de Cæsellij Vindicis erroribus.
Terentius Culeo Senator Romanus, captus à Carthaginensibus, redemptus ab Africano maiore, Liv. lib. 10. de bello Punico. Hinc natus error apud indoctos Terentium Comicum putantes.
Terentius Varro, collega Æmilij Pauli.
Terentianus, a, um, adiect. à Terentio. Quint. lib. 6. cap. 3.
Terentus, locus Romæ in campo Martio. Fest.
Terentus, dictus quod in eo loco ara Ditis patris in terra occultaretur. (ripas.
Terentus, vel à ruminando Rumon, & Serra, quod secaret
Terentus inde dictus, quod ripam fluminis tereret. (ludo.
Terentinus, a, um, Auso, Trina Terentino celebrata trinoctia
Terentini ludi, centesimo quoque anno tribus diebus, ac noctibus celebrantur.
Tereus, Rex Thracum, Martis ex Bistonide Nympha filius.
Tergamon, ins. est Rhodiorum. Plin. lib. 5. cap. 31.
Tergemina, Diana dicta est.
Tergestum, colonia est Istriæ, Vulg. *Triest.*
Tergestum stadijs 180. ab Aquileia distat. Strab.
Tergilani, pop. sunt Lucanorum in Italia. Plin. lib. 3.
Teridata, civ. est Mesopotamiæ ad Euphratem. Ptol.
Terina, ins. est vna è Syrenibus.
Terina, ins. à ligra vna Syrenum colebatur, Lycophon.
Terini, pop. sunt Britanniæ insulæ.
Termera, opp. est Lydiæ Mæonię in Asia propria. Ptol.
Termera, opp. est Cariæ regionis. Plin. lib. 5. cap. 29.
Temerensis, e, Herod. Histiæum tymnis temerensem.
Termes, opp. est Arevacorum in Hisp. Ptol.
Termessus, opp. est Carbaliæ in Pamphylia. Ptol.
Termessus, civit. gemina in Pisidia, maior, scilicèt, & minor.
Termilę regio priùs dicebatur, quæ nunc Lycia. Strab.
Terminus Deus, apud antiquos, in cuius tutela fines agrorum esse existimabantur. Fest.
Terminus in loco quo colebatur, ibi super eum foramen patebat in tecto.
Terminum enim intra tecta consistere nefas arbitrabantur.
Terminus, solus reliquorum Deorum Iovi cedere noluit. Ovid. lib. 2. Fast.
Terminalis lapis, dicitur terminus ipse lapideus.
Terminalis Apollo dictus est, ab adiudicandis finibus, quod Hormienses de terræ finibus contendentes, victores fecerit. Paleph. lib. 1.
Terminalia, orum, festa erant ipsius Dei termini. Liv.
Termontium, civ. est Thraciæ regionis.
Terprandus Arineus, sive Lesb. Poeta Lyricus. Suid.
Terpnus, citharœdus fuit, cuius cantu summè oblectabatur Nero, Suetonius.
Terpsicore, vna Musarum, sic dicta quod choreis tripudijs delectetur.
Terpsicore, à quibusdam Citharistria vocatur.
Terpyllus, civ. est Mygdonię in Macedoniæ. Ptol.
Tertia, sive tertula per diminutionem, Bruti soror vxor Casij. Cic. ad Attic. lib. 14. cap. 18.
Tertius, nomen viri ad Rom. (siæ.
Tertullianus scriptor doctus, temporibus nascentis Eccle-
Tertullus, nomen oratoris cuiusdam accusatoris, Paul. Act. 24.

Tertullus, Consul, anno salutis 412.
Tescapha, civ. est Mesopotamię ad Tigrim. Ptol.
Tesprotæ, opp. sunt in Epiro. Ptol. rectius thesprotę.
Testis, fons est apud Irasta locum in Africa. Herod.
Teragoda, civ. est in Albania. Ptol.
Tethyopobatæ, pop. sunt in Lybia. Herod.
Tethys, Cœli, & Vestæ filia, Neptuni vxor, & Nympharum mater. Ovid.
Tetra, civ. est Cypri insulæ. Strab.
Tetrachoritæ, pop. qui aliàs Besßis. Strab. lib.7.
Tetrapolis, civ. est in Peloponneso.
Tetrapolis, regio est Syriæ Antiochenę. Strab. lib.15.
Tetrapolis, dicta est Antiochia à quatuor insignis vrbibus, Strab. lib.6.
Tetrapolis, dicta est alia Attica pars, quod vicos, & civitates quatuor haberet. Steph.
Tetrapygia, civ. est in Cappadocia. Ptol.
Tetricus, mons in Sabinis asper, atque arduus. Virg. Vulg. *Monte Severo*, *y Monte Negro*, à quo.
Tetius, fluv. est Cypri, ins. Ptol. (claruit.
Tetrius Caballus, viri proprium, qui sub Vespasiano, & filijs Tetrius, propter scurrilitatem, & à calcitratu Caballi nomen adeptus, est. Calepin.
Teuca, Regina Illyricorum, quæ Romanos sæpè fregit. Plin.
Teucer, & Teucris Samandri Cretensis filius, qui in Troade regnavit, vnde Iliensium Regum origo.
Teucria, à Teucro, Troia dicta est, & Troiani ipsi. Teucri.
Teucer, filius Telamonis, qui Salaminam in Cypro condidit. Iust. lib.44.
Teucer, quidam Cycenus, scripsit de terra, quæ profert aurum, & de Cycenorum rebus. Suid. (Virg.
Teucer, possessivum, idem quod Troianus, vt campi Teucri,
Teucris, vrbs & regio Troadis, Dardania post dicta.
Teudamedus, pater Pelasgi, Hom. 2. Iliad.
Teuderium, Germ. vrbs. Ptol. hodie Padeborna. Steph.
Teumessus, mons Bœotiæ, à quo loco Teumessius, quem Hercules, adhuc pene puer occidit. (Strab. lib.9.
Teumessus, flu. regius, & parvulum opp. in Thebanis finibus.
Tevochis, vrbs Ægypti, & lacus eiusdem nominis. Steph.
Teuricis, pop. sunt Daciæ. Ptol.
Teutateni, *Gallo humano cruore placabant*. Lact. lib.7.
Teutates, lingua Gallica dictus est Mercurius. Luc.
Teutates, inventor Geometriæ, & Astronomiæ, à Platone describitur.
Teuta, Regina Illyricorum, quæ supra Teuca. (2. Iliad.
Theuchadamus pater Pelasgi, qui supra Teutademus. Hom.
Teuthis, Princeps Græcorum, qui indignatus, quod in Aulidis rupes impegisset. Palladem vulneravit hasta.
Teuthrania, quæ & thymena, civ. est Gallaciæ. Ptol.
Teuthrania, regio est Troadis Mediterranea. Plin. lib.5.
Teuthraniam, à theutrante dictam esse censet. Steph.
Teuthranij, pop. sunt Laconiæ regionis.
Teuthranus, Axili pater. Hom. 6. Iliados.
Teuthras, Rex Misiæ Pandronis filius, & Thespij pater.
Teuthranteus, a, um. Ovid. Peneusque senex, teuthranteusque Caycus.
Teutones, sive teutoni, vel teutonici, Germaniæ populi. Plin. lib.4. cap.14. (existimabant.
Teutones, dicti, ab eorum Deo Teutone, quem terra ortum
Teutonicus, a, um, Prop. Roma Teutonicas refringat opes.
Teutonici capilli, quales Teutones gestare solent. Flavi. Martial. Caustica Teutonicos accedit spuma capillos.
Texali, pop. sunt Britanniæ insulæ. Ptol.

T. ANTE H.

Thabis, Scithiæ mons in Asia. Pomp. lib.3.
Thabor, Vulg. Saron, mons est in medio Galileæ campo, mira sublimi rotunditate. Nam eius altitudo (vt lib.4. Hegesippus ait) 30. est stadiorum, vertex autem ipse campestris 23. stadijs iacet, Hier. 46. Psalm. 88. civitas in tribu Zabulon, Levitis data 1. Paràl. 6. Iud. 4. 1. Reg. 10. In hoc monte Salvator transfiguratus est. Matth. 17.
Thabuca, civ. est Vardulorum in Hisp. Ptol.
§. Thadeus, Ocahasa, equestris ordinis vir, ob insignes partas victorias Latro nuncupatus, Dux invictißimus summum sui sæculi Decus, & ornamentum, dum iberni intra se patricidiale bellum stringerent, & cives cum civibus suis (flos omnis, & robur Ibernici sanguinis) gladiatorio more concurrerent, multa hostium millia pluries fugavit, ac capta spolia victor restituit. Quilteinanensem arcem sępius evertit. Tandem à Macpieresio Quilteinanensi Barone captus, & in vincula detrusus Beatißimæ Virginis MARIÆ, vt fertur nocturna in somnis visione liberatur, mox in sequenti pugna pluribus confossus vulneribus in grave Momoniarum damnum ocubuit. Hic Magistri D. Guillelmi Ocahasæ proavus.
Thæma, civ. Arabiæ Felicis. Ptol.
Thagulis, civ. est Africæ inter duas Syrtes. Ptol.
Thais Alexandrina, nobilis meretrix fuit. Propert.
Thais altera, à divo Panutio admonita relicto quæstu meretricio, sancta muliet evasit. Volat.
Thala, mons est Lybiæ interioris. Ptol.
Thala, opp. Africæ, Flor. & Salust. in Iugurth.
Thalama, civ. est Messeniæ. Steph.
Thalamanei, pop. Persidis subditi, Steph.
Thalamia, civ. est Thessaliæ. Steph.
Thalbis, civ. est Albaniæ inter Getrum, & Soannam, fluviū.
Thales Milesius, fuit vnus ex septem Græciæ sapientibus, obijt Olymp. 58. æstu ac siti fatigatus.
Thale, Poeta Lyricus Cretensis, quem è Creta Solon Spartam misit. Plut. in Solone.
Thalestria, Regina Amazonum, quam alibi Minitheam vocant. Strab. lib.11.
Thalia, vna est gratiarum à Thalo, id est, germino, vel vireo, quoniam poetarum laus partu virescat.
Thalia, Nymphæ nomen in Sicilia iuxta Simetum, fluvium.
Thalia, ins. quędam Tyrtheniæ Arist. in Mirab.
Thalij, pop. sunt iuxta Caspios. Solin. cap.25.
Thapula, civ. est Italiæ in Orchomeno. Steph.
Thalus, vir eximiæ volocitatis, quem Iupiter æreis pedibus finxisse, dicitur. Vide annotationes Baptistæ Pij.
Thamanęi, pop. ins. maris Rubri incolentes. Her.
Thamarus, civ. est Iudeæ ab occasu Iordanis.
Tharmesis, fluv. est Britaniæ, Cæs. de bello Gallic.
Thama, civ. est Palæstinæ ab occasu Iordanis. Ptol.
Thamides locus prope Nabatheos Arabes, incola Thamudenus. Steph.
Thamyras, Thrax poeta, qui de cantu cum musis certavit, ideoque oculis captus.
Thamyras insanit, proverb. in eos qui præter ingenium proprium aliquid agunt. Erasm.
Thanatos, insul. in Oceano Gallico Britanniæ proxima frumentarijs campis fœlix. Solin.
Thanes, metropolis Ægypti, in qua Moses multa signa fecit.
Thanontada, opp. est Numidiæ novæ in Afric. Ptol.
Thanutis, villa est Lybicæ pręfect. in Ægypto.
Thapsacum, civ. fuit quę posteà Amphipolis.
Thapsacus, civ. est Syriæ ad Euphratem. Steph.
Thapsacus, civ. est Arabiæ desertæ ad Euphratem.
Thapsipolis, prope Chalcedonem est. Steph.
Thapsum, opp. est Africæ propriæ. Ptol.
Thapsus, civ. est Lybiæ. Steph.
Thapsus, ins. decem stadijs à Silia distans versus Siracusas, plane, ut undis mersa videatur.
Thar, civ. est Theomorum in Arabia Felici. Ptol.
Tharei, pop. sunt Æthiopiæ. Plin.
Tharsus Ciliciæ, civ. litterarum gymnasium. Vulg. *Tharsa*.
Thasos, ins. in Ægæo prope Thraciam vna de Cycladibus. Vulg. *Tasso*.
Thasus, à Thaso Duce Phœnicum appellata est. Her.
Thasij, pop. in Thaso habitantes.
Thaumacia, civ. est Magnesiæ. Steph.
Thaumacia, civ. est in sinu Maliaco. Steph.

Thaumatias, Iris dicitur Thaumantis filia, & Electræ.
Thaumantias, nuntia Deorum in rebus malis, vt Mercurius in bonis. Serv. in Virg. lib. Æneid.
Thaumantis, idis, vt Nubifera Thaumantis. Stat.
Thaumantheus, a, um, vt virgo Thaumanthea. Ovid. lib. 14.
Thaumasium, mons est Arcadiæ. Steph.
Thea, civ. est Laconiæ. Steph.
Thea, Nympha Oceani, & Tethyos filia. Hesiod.
Theagenes, tres Athenis diversis temporibus fuisse recenset.
Theagenes, qui de Homero scripsit.
Theagenes, Carpus appellatus, quòd multa promittens, nihil præstaret. Suid.
Theagenes, vir fuit potens, ac dives Athenis. Suid.
Vheagenes, atleta Thasius 140. coronas è certaminibus retulit. Pausan.
Theangela, vrbs Cariæ est. Steph.
Theane, mulier Pythagorica, vxor BrotiniCrotoniatæ, scripsit commentarios in Philosophia Plotinus.
Theanum, cognomine Sidicinum Apuliç, opp. Strab. lib. 6. & Cic. in oratione pro Cluentio, & Horat. 1. Epist. 1. Vulgò dicitur Theano.
Theænum, an Theanum, Horat. Cras ferramenta Theanum.
Theanensis, e, Livius, lib. 10. Ex Apulia Theanenses Canasinique. (tustum.
Thebç, arum, & Theba, æ, & Thebe, es, opp. Ægypti perve-
Thebæ, in Ægypto hecatopylæ 100. portarum dicuntur.
Thebæ, arum, opp. Bœoitæ à Cadmo Agenoris filio conditum, quam Amphion muris ornavit.
Thebæ Bœotiæ, heptaphylæ dicta ab eo quod septem portas habebant. Apuleius.
Thebæ Bœotiç, dicuntur liberi, atque Herculis patria, Vulgò. *Tina.*
Thebæ, vrbs in Africa quam Bacchus condidit.
Thebæ, opp. est in Attica regione. Stech. (*Ziton.*
Thebæ, opp. est in Thessalia Phthiotide. Solin. cap. 5. Vulg.
Thebæ, arum, opp. fuit in Cilicia Andromaches patria.
Thebæ, in Lucania Italiæ fuere, quas interijsse ait Cato.
Thebæ, civ. est Cinædocolpitarium in Arabia Felici. Ptol.
Thebæ, arum, opp. est in Syria. Stepq.
Thebæ, arum, opp. est Ionia iuxta Miletum. Steph.
Thebæus, a, um, à Thebis, vt Thebæorum dynastia. Euseb.
Thebanus, a, um, à Thebis, vt Thebana agmina. Strab.
Thebaides, patronym. fœmin. Ovid. Thebaides iussis sua tempora frontibus ornant.
Thebais, superior Ægypti pars, Æthiopiæ contermina. Plin. lib. 5. cap. 9. (ctatur.
Thebais, opus insigne Statij poetæ, in quo de Thebis Tra-
Thebais, locus est iuxta Pontum. Steph.
Thebasa, civ. est in confinio. Galatiæ.
Thebetha, castellum Mesopotamiæ. Steph.
Thecla, nomen proprium mulieris sanctissimç.
Thenæ, arum, opp. est Africç propriæ. Ptol.
Theganusa, ins, est in sinu Laconico. Plin. lib. 4. cap. 12. Vulgò *Cantera.*
Theogonion, civ. Thessaliæ. Steph.
Theiprosopon, i, persona Dei, civ. est Phœnices. (raga.
Thelbeucana, Babyloniæ vrbs iuxta Euphratem, hodie Ma-
Thelda, civ. est Mesopotamiç ad Euphratem. Ptol.
Thelæ, arum, pop. sunt Libyæ interioris. Ptol.
Thelamuza, castellum est Arabiæ ad Euphratem. Steph.
Thelesis, Argiva mulier, quæ Argos opp. Græciæ, à Spartanis cum cæteris mulieribus tutata est.
Thelphissa, fons est in Bœotia regione.
Thelphussa, opp. est Arcadiæ. Plin. lib. 4. cap. 6. (Pindaro.
Thelphusium, opp. in Bœotia, vbi laudatus est Bacchus à
Themaci, gens Erechtheidos tribus. Steph.
Thembinadia, regio est quæ Nemea dicitur.
Thembriemos, civ. est Cariæ. Steph.
Themes, antiquum Cypri, opp. in quo æs primo repertum, ab eo sumpsit cognomen.
Themi, pop. sunt Arabiæ Felicis. Ptol.

Themillas, proprium est viri apud Virg. lib. 9. Æneid.
Themis, vna ex tribus Iovis, ex qua Minervam suscepit, habuit templum in Bœotia.
Themis alia, quæ alio nomine Carmentis dicta est.
Themyscyra, civ. est Ponti Galatici in Cappadocia. Ptol.
Themison, medicus apud Herod. & Corn. Celsum.
Themisonium, opp. est in Phrygia maiori. Plin. lib. 5.
Themisonij, sive Themisones, populi à Themisonio. Plin.
Themisonium, regio est Phrygiæ. Steph.
Themissos, civ. est Cariæ. Steph.
Themissua, opp. est Africæ propriæ. Ptol.
Themista, Dea, quæ supra Themis consiliorum præses.
L. Themistius, Philosophus sub Iuliano Apostata Imperatore, cuius Præfectus fuit Constantinopoli.
Themistocles, Atheniensis Nicoclis filius res inclytus gessit. Vide Plutarch.
Themistoclis tumulus iuxta Pirthæum. Pausan.
Themistogenes, Syracusanus historicus, qui Cypri expeditionem, & bella composuit. Suid.
Thene, civ. est Sarmatiæ in Palæstina. Ptol.
Thentoniensis, mons propè Athenas, Vitruvio.
Theoclymenus, vates, qui Vlyssis in Græciam reditum prædixit Penelope. Hom. Odyss. 17.
Theocrines, vir qui primo tragœdiarum auctor fuit, deinde calumniator, & Sycophanta. Erasm. in Prover.
Theocrites, Cretæ indigetes insulam tenuerunt. Her.
Theocritus, Syracusanus Poeta scripsit carmen Bucolium, Suid. Hunc Virgilius imitatus est.
Theocritus, Chius patria scripsit historiam Libycam. Suid.
Theodamas, pater Hilæ fuit, quem Hercules interfecit.
Theodamanteus, a, um. Propert. *Theodamanteo proximus ardor Hylæ.*
Theodectes, orator Calix genere, discipulus Platonis.
Theodectes alius superioris filius, scripsit encomium Alexandri Regis Epirotatum. Suid.
§. Theodorus Ibernensis Archiepiscopus, vt patet expositione capitis si Presbyter, 5. dist. 82. à Vitiliano Papa ad Scoticam, directus, scripsit librum pœnitentialem. Sigibert.
§. Theodorus, Pontifex Romanus, anno 640.
§. Theodorus II. Pontifex Romanus, anno 897.
Theodorus, Byzantius sophista, qui à Platone vocatus est Logodædalus.
Theodorus, & Theladeus, fratres Samij, sculptores celeberrimi. Suid.
Theodorus Gadaræus nobilis orator. Strabonis tempore.
Theodorei, dicti sunt eius discipuli, inter quos fuit Hermagoras, qui de arte Rhetorica scripsit.
Theodorus Atelos, de quo Zaetius, & Suidas.
Theodacia, opp. est Tauricæ Chersonnesi. Ptol. hodie *Gaffa*, olim ditionis Genuensium. (cipum.
Theodosius, nomen proprium duorum Romanorum Prin-
Theodosius, vir memorabilis in Bithynia. Strab. lib. 12.
Theodotus Chius vir, quem Brutos Augusto inimicus interfici iussit, Plut. in vita Pompeijs.
Theodotum alium memorat Philostratus inter Sophistas.
Theognis, Poeta Græcus, de quo Plat. in lib. de Leg.
Theonestus Cous, vir fuit clarus in administratione Reipublicæ, & Nicæ æmulus. Strab. lib. 14. (terioris.
Theon Mochima, id est, Deorum currus, mons est Libyæ in-
Theon, nomen pictoris Samij. Quint. lib. 12.
Theon Mathematicus, qui scripsit de spiritibus ab Astrologum. Quint. lib. 12.
Themon Stoicus Antiochenus, scripsit apologiam Socratis.
Theon, sculptor inter quinque, qui Mausoleum cælavere, Plin. lib. 35. cap. 13.
Theon, quidam fuit loquacissimus, & maledicus, Acroni.
Theonino dete rodere, proverb. in detractores, & maledicos
Theophanes, Mitylenæus historicus, qui Pompeij res gestas scripsit teste Cicein orat. pro Archia. (edidit.
Thephilus, Præsul Anthiochenus, librum in Marcionem
Theophilus, Cæsareæ Palæstinæ Præsul, Severo imperante.

Theophilus, Præsul Alexandrinus, scripsit contra Originem. Suid.
Theophilus, Præsul Antiochenus, ad quem Lucas scripsit Acta Apostolorum.
Theophitus, comicus antiquæ comediæ. Suid.
Theophrastus, Aristotelis discipulus, & scholæ successor fuit, Peripateticorum eloquentissimus.
Theophrastus, priùs Euphratus, deindè Theophrastus ob oris eloquentiæ suavitatem.
Theophrastus, divinitate loquendi nomen invenit. Cicer.
Theopolis, maxima civitas Orientis, sic è Iustino nominata post terræ motum mutato Antiochiæ nomine. Steph.
Theopompus Gnidius, orator, & historicus, post Thucyd. & Herod. Quint.
Theos, ins.est Ionibus condita. Herod.
Thera, civ. alia Rhodi, alia Sogdianæ. Steph. (Plin.lib.4.
Thera, ins.est propè Atticam, vna è Cycladibus in Ægeo.
Thera, ins.est vna è Cycladibus. Steph.
Thera, priùs Castella dicebatur. Herod.lib.4.
Thera, eadem est, quæ Corsica, Senec.lib.6. natur. quæst. Vulgò *Corcega.*
Theramenes, Atheniensis Philosophus. Cic.1. Tusc. quæst.
Theramne, opp. in Sabinis, ex quo Actius Claudius originem traxit.
Theramneus, a, um, idem quod Sabinis. Silius.
Therapne, lege supra in verbo terapane sine aspiratione.
Therapne, civ. Laconiæ patria Helenę. Pomp.lib.2.
Therapne, opp.est in Creta. Solin. & Plin.
Therasia, ins.est civ. propè Achaiam. Plin.
Therasia, ins.est propè Cretam. Steph. Vulg. *Santorini.*
Thericres, filius Corinthius, à quo quædam vasa fictilia Tericlea. Plin.lib.16. cap.40.
Theridamas, canis venaticus, quasi ferarum dormitor.
Therimacæus, nomen pictoris insignis. Plin.lib.35. cap.10.
Therinus, fluv.est Cretæ. Diod.
Theriomachus filius Her ex Megara Creontis filia.
Therion, ins.est propè Rhodum. Plin.lib.5. cap.11.
Therma, nomine Myrmeca, inter Sciatum, & Magnesiam.
Thermæ, arum, Siciliæ opp. Steph. & Pomp.
Thermitani, pop.sunt eiusdem Siciliæ. Cic.
Therminatus, a, um, ab vrbe Thermis sæpè deducit. Cicer.
Thermæ, arum, locus est in Macedonia. Plin.lib.4. vndè.
Thermiacus sinus, qui adiacet Macedoniæ. Plin.lib.4. Vulg. *Golfo de Salonique.*
Thermæ, Stygianæ, ab vrbe in Gallias Aureliano itinere, Vulg. *Bagni Ceretani, à veinte y ocho millas de Roma.*
Thermes, es, civ. est Thraciæ. Steph.
Thermensis, ins.est vna è Cycladibus. Plin.lib.4.
Thermidana, civ.est in Dalmatia. Ptol.
Thermodon, fluv.est Cappadocię. Ptol.
Thermodon, fluv. quoque est Æolidis regionis.
Thermodontiacus, a, um, Ovid. Thermodontiaco cælatus balthicus auro.
Thermopolites, præfectura est in Ægypto. Plin.lib.5.
Thermopyle, mons Phocidis, habens fauces augustissimas.
Thermos, civitatula est Ætoliæ. Steph.
Thermydra, portus est Rhodi ins. Steph.
Therne, civ.est Thraciæ. Steph. (alebat.
Therodamas, Rex Scythiæ, qui leones humano sanguine
Therodamantus, a, um, Ovid. *Therodamantheos, vt qui censere leones.*
Theron, nomen canis, Ovid. Et trux cum Lælape, Theron.
Thersander, Pollinicis fuit ex Argia filius. Stat.
Thesara, civ.est Assyriæ. Ptol.
Thersilocus, nomen viri proprium. Virg.6. Æneid.
Thersites, gens est Iberiæ. Steph.
Thersites, Græcus quidam vir, quo non deformior alter.
Theseus, Ægæi Athenarum Regis filius ex Æthra coniuge Minotaurum in Labyrintho occidit.
Theseus, a, um, Ovid. *O mihi Thesea pectora iuncta fide.*
Thesidos, dicitur Hippolytus Thesei filius.
Themosphora sacra sunt Cereris, quæ à nostris Cerealia dicuntur. Herod.lib.2.
Thespiæ, opp. liberum Bœotiæ ad radices Parnasi Heliconi proximum, à Thespiade conditum.
Thespiæ, arum, civitatis quoque est Magnesiæ. Plin.lib.3.
Thespię, Musæ, Ovid. Nec me Thespiadum cætera turbia iuvat.
Thespiensis, e, è thespijs dixit. Herod.lib.5.
Thespiacus, a, um, à thespijs, vt Mœnia thespiaca. Varr.
Thespius, a, um, vt Rupes Thespia. Cat. in Epithalamio Iulię.
Thespiades, Musæ, seu Nymphæ Thespias incolentes.
Thespiades, non à Thespia matre, vel nutrice, sed à Thespijs Bœotiæ nomen habet. Steph.
Thespiadę, Herculis filij, ex filiabus 50. Thespij.
Thespici, pop. sunt Græciæ.
Thespis, ex Icaria civitate primus poeta tragicus, & qui personas invenit. Suid.
Thespis Erichthei Atheniensium Regis filius. Diod.
Thesprotia, civ. & regio in sinu Amphacio. Steph.
Thespoti, pop. sunt Epiri proximi Chaonibus. Plin.
Thessalia, regio Græciæ inter Bœotiam, & Macedoniam, quæ sub Attica olim comprehendebatur.
Thessalia, priùs Pyrthæa, deindè Æmonia dicta est.
Thessalia quoque priùs Pelasgis Comagro, atque Hellas vocabatur, vndè Regio Hellenes. Plin.lib.4.
Thessalicus, a, um, Luc. *Thess. vrgebat parvo sagittai.*
Thessalus, a, um, Luc. *Thessalia quin etiam tellus &c.*
Thessalis, idis, patronym. Ovid. *Thessalidum virgo pulcherrima*
Thessalone, priùs dicta, quæ posteà Magnesia ad Meandrum.
Thessalonica, civ.est metropolis Macedon. Vulg. *Salonique.*
Thelonica, patria fuit Theod. Gazæ, qui vir doctissimus in vtraque lingua ætate nostra habitus est.
Thessalonicenses, dicti sunt civitatis incolæ. Cic.
Thessander, Polynicis filius ex Argia, teste Stat.
Thessyris, fluv.est Sarmatiæ Asiaticæ. Ptol.
Thestidion, civ.est Thessalonices. Steph. (Steph.
Thestidium, stagnum Thraciæ, cum adiacente agro Nysa.
Thestis, civ.est Arabiæ, & alia Libyæ. Steph.
Thestius, filius fuit Parthaonis ex Calydone Nympha pater Althææ, quę ab illo thestias. Ovid.
Thestor, pater Chalcantis vatis, qui ab eo Thestorides dictus est. Hom. Iliad.
Theostoros, civ.est Thracię. Steph. (meminere.
Thestylis, proprium mulieris, cuius Virg. & Theocritus
Thedis, idis, Pelei Regis filia, Thessalię vxor, Achillis mater.
Theudalis, opp.est in Africa propriè dicta. Ptol.
Theutoni, pop. Germ. qui & Theutones, & Theutonici.
Theumesus, opp. vel promon. de quo se Ino cum Palæmone præcipitavit. (Lact.
Theumelus, mons Bœotiæ, vbi Hercules leonem occidit.
Theumesius, a, um, Papi. *Iuvenis Theumesius iras.*
Thiagola, locus est Mysiæ inferioris. Ptol.
Thibais, locus in Ponto, vndè Thibij populi dicuntur. Steph.
Thibais ab vna Amazonum, quæ Thibia dicebatur.
Thibynis, opp.est Mauritaniæ Cæsariensis. Ptol.
Thicatæ, opp.est Mauritaniæ Tingitanæ. Ptol.
Thisa, civ.est Libyæ interioris. Ptol.
Thigiba, colonia est Numidiæ novæ in Africa. Ptol.
Thimis, opp.est Ægypti, vndè Thinites nomos.
Thimissa, opp.est Numidiæ in Africa propria. Ptol. Hodie Tenetum, Vulg. *Tunez.*
Thinodus, mons est in Ægypto. Ptol.
Thiodamas, vates fuit filius Melampolis. Stat.10. Thebaid. *Sanctoque Melampo decretum Thiodamanta volunt.*
This, civ. est Ægypti. Steph.
Thisbe, opp.est Bœotiæ Mediterraneum. Ptol.
Thisbe, puella fuit Babylonica. Ovid. Metam.
Thisbæus, a, um, Ovid. *Quæ nunc Thisbæus agitat mutata columbas.*
Thisias Siculus, antiquissimus artium scriptor. Quint.

Thisica, opp.est Africæ propriæ. Ptol.
Thisoa,civ.est Arcadię, gentile Thisoates. Steph.
Thmuis, vrbs Ægypti, inde Thmuites. Steph.
Thoas,Rex fuit crudelissimus in Taurica regione,ab Oreste occisus. Ovid.lib.3. de Ponto.
Thoas alius,Rex Lemni ins. Liberi patris filius ex Ariadne Minois filia. Ovid.lib.7.
Thoas alius Iasonis, & Hispsyphiles filius.
Thoanteus, a, um, vt Diana Thoantica, i, taurica Vale.
Thoanteum, prom.est Carpathi insulæ. Ptol.
Thocnea,civ.est Arcadiæ à tocno quodam. Steph.
Thoe, Nympha Oeceani, & Tethyos filia. Hom.
§.Thomæum,sive Ballicandaina,opp.Lageniæ in Ibernia.
§.Thomas Ibernicus plura scripsit,de quibus Possevinus, & Vvadingus, tom.2.Annal. ann.1270. num.28.
Thomas, nomen Hebraicum, viri proprium.
Thome, opp.est Magnesiæ in Macedonia.
Thon, primus apud Ægyptios medicinam in artem redegit. Homer.lib.4.Odyss.
Thon, Rex Canopi, qui Menelao vim inferre conatur, ab eo interfectus est.
Thonia, vrbs, & caput Gabaonitarum in Iudæa.
Thonis, civ.est Ægypti. Steph.
Thonius, vnus è Centauris Ixionis, & Nubis filius.
Thoon,vir Troianus ab Vlysse interemptus. Hom.
Thoosa, filia Phorci, ex qua Neptunus Polyphenum genuit. Hom.lib.1.Odyss.
Thoores,vnus ex præconibus Grecorum.Homer.lib.12.
Thoræ, vicus est Antiochidis tribus. Steph.
Thorax, civ.est Ætholiæ, gentile thoracite. Steph.
Thorax, mons est iuxta Magnesiam. Strab.lib.14.
Thoræi, pop. sunt in Attica. Strab.
Thoricios, opp.est in Attica. Strab.lib.9.
Thoricos, vicus est Acamantidos tribus. Steph.
Thornax, mons est Laconiæ. Steph.
Thornos, ins.est propè Corcyram. Plin.lib.4. c.12.
Thospia, civ.est Armeniæ maioris. Ptol.
Thospitis, palus est in Armenia maiori. Ptol.
Thospitis, regio est Armeniæ maioris. Ptol.
Thous, vnus ex Troianorum Principibus. Hom.
Thracia, regio est Europæ, Macedoniam sequens, Vulgò *Romania.*
Thracia,æ,quæ Thracia,Horat.thracanebos,Hebrusque.
Thrace,es,quæ Thracia,Ovid.*Armiferam Thracem qui regat.*
Thracia,Græcè thracie per ita vtrobique dicitur.
Thraces in Asiam transgresi:Bithynia vocati sunt.Herod.
Thraces,priùs Strimonij appellati,quia Strimonensem colerent.
Thraces,aliqui Asiam incolunt. Her.lib.5.
Thrax,homo ex Thracia,thaissa fœmina Regni illius.
Thracius, a,um, Virg.*Nec Thracius Orpheus,* Luc.*Boreas cum Thracius Ossæ.*
Thracius,a,um, Virg. *Thraicamque Samum, quæ nunc Samothracia fertur.*
Thracon, vicus est Antiochiæ. Steph.
Thrambus,prom.Macedoniæ,vbi natus Thrambusis. Steph.
Thrasceas,ventus spirans inter Septentrionem, & Occasum Solsticialem. Arist.
Thraseas,Philosophus Stoicus,quem Nero,vt venis solutus moreretur, damnavit. Suid.
Thrasus, vir qui cum docuisset Busytim hospites immolare, omnium primus mactatus est.
Thraso, nomen militis gloriosi apud Terentium.
Thraso,nomen pictoris apud Strab.lib.14.
Thrasumenus,lacus in agro Perusino. Plin.lib.2.Vulg.*Lago de Perugia.*
Thrasumenum,lacum semel totum arsisse, ait Plin.
Thrasus,nomen viri,quod apud nos fiduciam significat,quæ Græcè thrasos dicitur.
Thrasilibus, vir qui Athenas à triginta tyrannis oppressa in libertatem redegit. Æmil.Prob.
Thrasibulus, Dux Milesiorum, cuius stratagemata, vide apud Frontinum, lib.2.
Thrasyllus,qui suprà Thrasius,interpretatur temerarius.
Thrasymachus, Carthaginensis Sophista,discipulus Isocratis, periodum, & colon primus monstravit.
Thrasymedes, filius fuit Nestoris. Hom.9.Iliad.
Thrari,opp.est Oeneide tribus. Steph.
Thrince, vrbs propè columnas Herculis. Steph.
Thrioessa, civ.est in Peloponneso. Strab.lib.8.
Thrion, opp.est Messeniæ in Peloponneso. Plin.
Thrius, untis, opp.est Achaiæ. Steph.
Thrius, untis, opp.est Elidis propè Patras.
Thronion, est Locrorum Epicmenidum. Ptol.
Thronos, opp. est in Cypro insula.
Thrianda, civ.est Lyciæ. Steph.
Thryasius,campus est in Attica regione.Plin.lib.4.
Thryus,flu.est Elidis,qui in Alpheum decurrit. Hom.lib.2. Iliad.
Thubina,civ.est Mauritaniæ Cæsariensis. Ptol.
Thucydides Atheniensis historicus, Anaxagoræ discipulus, bellum scripsit Peloponnesiacum.
Thucydides Milesius Athenis inter Principes viros, ac Duces, armulus Pericris, Marcellin.
Thucydides Pharsalicus, Memnonis filius, Marcel.
Thucydides poeta, natione Achedrysius, Aristonis filius, fuit qui tempore Platonis comici, Marcel. (&c.
Thucydidus, a, um, Cic.Aliqui se thucydidios profitentur,
Thudaca, opp.est Mauritanię Cæsariensis.
Thule,ins.est vltima Septentrionem versus, Vulgò *Irlanda,* vnde thulęus, a, um.
Thule altera in Africa contra sinum Carthaginis.
Thumelita, civ.est Lybiæ interioris. Ptol.
Thundiomon, colonia est Numidiæ novę in Africa.
Thunuida, opp.est Africæ propriæ. Ptol.
Thuria, vrbs est Messeniorum in Peloponneso in colle excelso sita.Strab.lib.8.
Thurion, opp.est Calabriæ in sinu tarentino finitimum Crotoni.Plin.lib.2.c.4.
Thunij, pop. sunt in eodemsinu tarentino.
Thurij,ducto de fonte vocabulo dicuntur. Strab.lib.6.
Thurium,opp.inter duos amnes, scilicèt, Cratain, & Sybarim, ubi Herodotus condidit historiam.
Thurni, Italiæ pop. propè Sybarim vrbem. Plin.
Thurinus,a,um,à thurio Ovid.thurinosque sinus.
Thuscia, regio Italiæ quondam Vmbriæ appellata, Vulgò *Toscana.*
Thuscia,Tyrrena dicta fuit à Tyrrheno Atys filio.
Thuscia, alijs scribitur sine aspiratione.Vide Tuscia.
Thusciam, à Tusculano Herculis filio veteres Grammatici dictam volunt, à sacrificijs dictam putant.
Thusci, vocati sunt posteà, qui priùs tyrrheni.
Thusci, populi dicuntur, qui Thusciam inhabitant.Cicer.
Thuscus, a, um, possessivum nomen à thuscia, vt thusca æquora.
Thuscus,vicus Romæ,in quo thusci habitaverunt.
Thusagetæ,pop.sunt Pomp.thusogetæ,turceque vastas solitudines occupant.
Thyamis, vicus est Semiramidis regionis. Steph.
Thyamis, fluv. est, qui thespontidem Cestrinamque disterminat. Plin.lib.4. cap.1.
Thyamon, mons est in Thracia regione.
Thyas, adis, Bacchi sacrificula. Stat.12.Thebaid.
Thyarita, civ.est Lydiæ Mæoniæ in Asia propria. Ptol.
Thyatira, vna ex septem Ecclesia ijs,ad quas Ioann. Apost. scripsit Apocalypsim.
Thyatira, ins.est ante Ætoliam. Plin.lib.4.cap.13.
Thyatirensis,e, Hieron.Angel. thyatirensis testimonium dat Filius Dei.
Thyatireni, dicuntur thyatiram inhabitantes. Sueton.
Thyatireni, pop.sunt conventus Pergameni. Plin.
Thyberis, sive thybris, lege infra in dictione tyberis.
Thybris, viri proprium Æneæ comitis. Virg.lib.10.
Thrydonos, opp.est Cariæ conventus Alabandici.
Thydella, civ.est Oenotriæ. Steph.
Thyessos,civ.est Lydiæ à thyesso caupone. Steph.
Thyeste,filius Pelopis ex Hippedamia, Atrei frater, & tantali nepos.

Thyes-

Thyesteus, a, um. Ovid. *Neve thyesteis cumulemus viscera mensis.*
Thya, Deucalionis filia ex Iove peperit Macedoniam, quę regioni nomen dedit. Steph.
Thya, filia Celphisi, à qua & vrbs eiusdem nominis.
Thymatadæ, vicus Hippothontidos tribus. Steph.
Thymbra, locus est troadis. Serv.
Thymbræus, a, um, quod ad thymbram pertinet.
Thymbræus, Apollo dicitur, quia in eo loco eius, & nemos, & templum est, vbi à Paride Achilles occisus. (Steph.
Thymbrara, civ. Asiæ, à qua thymbarenses, & thymbraræi.
Thymbris, sive tybris fluvius Romę. Steph.
Thymbrius, fluv. apud thymbram fluens. Steph.
Thymele, mulier quæ prima saltationem in scœna docuit.
Thymelici, penult. corr. dicti sunt ludi histriones. Vitr.
Thymiateria, civ. est Libyæ. Steph. (Virg.
Thymœtes, vates fuit filius Priami, & Atisbes. Ser. 2. Æneid.
Thyne, civ. est Libyæ. Steph.
Thynia, ins. est in fronte Bithyniæ. Strab. lib. 12.
Thynus, a, um, Hor. Mercethyna beatus, i, Bithyna, Acron.
Thynnias, ins. est inter ostia Istri fluminis. Pomp.
Thyonias, opp. est Thraciæ. Plin. lib. 4. c. 11.
Thynnias, fluv. est in eadem Thracia.
Thynneius, a, um. Ovid. Ostendit adhuc thynneius incola.
Thynniacus, a, um, Propert. *Gratia domus Nymphis humida Thynniacis.*
Thymus, sive Thynus, vrbs Ægypti. Hier. de viris illustrib.
Thynos, opp. est Ciliciæ. Plin. lib. 5. c. 12. (ticis.
Thynus, viri propriū, cuius meminit Orpheus in Argonau-
Thyroneus, Bacchi epitheton, quod ei, adhuc inter humanos versanti sacrificaretur. Horat.
Thyræon, civitas est Arcadiæ. Steph.
Thyre, vel tyrea, locus est in Peloponneso.
Thyre, opp. est Laconiæ regionis.
Thyrea, in Cynosura est Argivi, & Laconici agri confinis.
Thyrea, ins. est adiacens Peloponneso. Herod. lib. 4.
Thyrides, insulæ sunt in sinu Asinæo. Plin. lib. 4. c. 12.
Thyros, vrbs in Regno Nestoris, teste. Hom.
Thyrsagetę, pop. ijdem, qui thyssagetę, & thussagetæ.
Thyrsis, nomen est pastoris apud Virg. in Bucolicis.
Thyrsanusa, civ. est in Caria regione. Plin. lib. 5.
Thyssagetæ, pop. sunt Septentrionales iuxta Męotidē. Steph.
Thysus, opp. est iuxta montęm Atho. Herod. lib. 7.

### T. ANTE I.

Tiarantus, fluv. est Scithiæ in Istrum defluens. Herod.
Tiatinia, opp. est in Hispania.
Tiasum, opp. est in Dacia. Ptol.
Tibarni, pop. sunt Scithici in Asia. Herod. lib. 4.
Tibeon, mons Phrygiæ in tibeo quodam. Steph.
Tiberias, civ. est Palæstinæ Iudeæ.
Tiberia, locus, ponitur in eadem Iudea. Ptol.
Tiberij forum, civ. est Helvetiorum in Gallia. Ptol.
Tiberinates, pop. sunt Vmbriæ in Italia. Plin. lib. 3.
Tiberius, inter Cæsares notissimus Augusti successor.
Tiberius, Grammaticus de Ideis orationibus scripsit libros 3. aliaque complura. Suid.
Tibereius, a, um. Stat. Tibereia primā aula tibi vix dum, &c.
Tiberiopolis, civ. est Phrygiæ. Ptol.
Tibisca, civ. est Mysiæ interioris. Ptol.
Tibiscum, opp. est in Dacia. Ptol.
Tibicus, fluv. est Daciæ. Ptol. Vulg. *Tissa.*
Tibius, fluv. est Scythiæ ex Æmis montibus in Istrum defluens. Her. lib. 4.
Tibularij, pop. sunt Sardiniæ insul. Ptol.
Tibullus, poeta aliquantum ad amores, & delicias proclivis.
Tiburi, pop. sunt Hispaniæ Tarraconensis. Ptol.
Tiburces, pop. sunt Sabinorum in Italia. Plin. lib. 3.
Ticarius, fluv. est Corsicæ insulæ. Ptol.
Ticena, civ. est inter Bragadam, & tritonem in Africa.
Ticher, fluv. est Hispaniæ citerioris.
Tichis, fluv. est Provinciæ Narbonensis.
Tichos, castellum Achaiæ, incola tichites. Steph.
Ticinum, opp. est in Traspadana regione. Plin. Vulg. *Pavia.*
Ticinus, fluv. opp. vicinus in Padum amnem defluens. Vulg.
Tielam, vna ex tribus Hyblis Siciliæ. Steph. (*Pesino.*
Tiernus, fluv. est in Apulia regione.
Tifata, opp. est Latij, quod interijt. Plin. lib. 3. c. 5.
Tifata Iliceta, inquit Festus, Romæ autem tifata Curia.
Tifernum, opp. est Vmbrorum in Italia. Ptol. Vulg. *Citta de Castello.*
Tiferus, fluv. est Italiæ. Plin. Vulg. *Fortoro en Pugliapiana.*
Tifernates, pop. Italiæ iuxta Theanum, & Lucrinum in sexta regione Italiæ. Plin. lib. 3. c. 14.
Tigana, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis. Ptol.
Tigena, civ. est in Arabia Felici.
Tigillinus, vir fuit Romanus vitæ corruptissimæ, qui Neronem ad omnia corruperat. Tac.
Tigis, opp. Mauritaniæ Cæsariens. Ptol.
Tigrana, civ. est Mediæ. Ptol.
Tigranes, Rex fuit maioris Armeniæ, de quo sæpè. Cic.
Tigranocerta, civ. est Armeniæ maioris. Ptol. Vul. *Sulthania.*
Tigris, fluv. est celebris ex Armenia oriens, qui instar bestiæ mira velocitate decurrit.
Tigullia, civ. est Liguriæ in Italia. Ptol. aliàs dicta Segesta. Vulg. *Sigestro.*
Tigurinus vicus, populus est, qui quartam Helvetiæ partem continet. Cæs. de bell. Vulg. *Zurich.*
Tilium, civ. est littoralis Sardinię insulæ. Ptol. Vulg. *Repara.*
Tiliaventum maius, & minus, fluvij Venetæ regionis. Plin. Maius. Vulg. *Talamento.* Minus Stella, dicitur.
Tilos, ins. est in Mari rubro. Plin. lib. 6. c. 27.
Tilox, prom. est in Corsica insula. Ptol.
Tilphœssa, in Bœotia est. Diod. lib. 5.
Tilphosa, fons est sub tilphosium montem labens, apud quem tiresiæ vatis sepulcrum. Pindar.
Tilphosum, opp. est Bœotiæ. Strab. lib. 9. (Steph.
Tilphoseum, regiuncula Thessaliæ, gentile Tilphoseus.
Timacum, opp. est Mysiæ superioris. Ptol.
Timæus, Siculus historicus, qui res Græcas conscripsit. Plutarchus in Nicea.
Timæus, Philosophus Pytagoricus, cui Plato librum de natura scripsit. Suid.
Timagenis, civ. est in Arabia Felici.
Timantes, pictor egregius Zeuxis tempore. Plin. lib. 35. c. 9.
Timarchides, sculptor nobilissimus. Plin. lib. 36. c. 5.
Timarchides pictor celeberrimus. Plin. lib. 34. c. 8.
Timarchus alius orator Demosthenis amicus. (*Bronta.*
Timavus, fluv. est Venetæ regionis. Plin. lib. 3. c. 18. fortè.
Timocles, comicus Atheniensis, fabulas scripsit, quarum nonnullas commemorat Athenæus.
Timoclia, mulier thebana, stuprum à quodam barbaro Thracum Principe per vim passa Sabellic.
Timolæus Larissæus, discipulus Anaximenis Lampsaceni, scripsit poema de bello Troiano. Suid.
Timoleon, Corinthiorum Dux inclytus, & viribus fortissimus, vitaque abstinentissimus. Plut.
Timomacus Bizantinus, pictor nobilis Cæsaris Dictatoris tempore fecit Medæam, & Aiacem. Plin. lib. 5.
Timon Atheniensis, temporibus fuit belli Peloponnesiaci, qui ob inhumanitatem dictus Misantropos.
Timon Apolloniates, Philosophus. Ptol. Philadelpho acceptus, scripsit tragœd. & comœd. Gen.
Timonium, castel. Paphlagoniæ, gentile Timoites. Steph.
Timotheus, Atheniensium Dux potentissimus, qui acceptam à patre gloriam multis auxit virtutibus.
Timotheus, Atheniensis comicus mediæ comœdiæ, cuius fabulas narrat Athenæus.
Timotheus, Milesius comicus fuit tempore Philippi Macedonis, scripsit de musica, lib. 17.
Timotheus, sculptor vnus ex ijs, qui Mausolæum cęlavere. Plin. lib. 34. c. 8.
Timotheus Gazæus, Grammaticus tempore Anastasij

Principis, cuius nonnulla commemorat Suid.
Timotheus quoque, viduę mulieris filius, & Pauli Apostoli Epistolis tum martyrio clarus.
Timyra, vrbs iuxta Isauriam Indiæ. Steph.
Tinda, opp. est in Thracia. Plin. lib.4. c.11.
Tindium, vrbs Libyæ, civis Tindanus. Steph.
Tingena, Regio est Mesopotamiæ. Ptol.
Tingis Cæsarea, opp. est Mauritaniæ Tingitanæ ab Anteo conditum. Vulg, *Tanger.*
Tingitana, Provincia est Mauritaniæ à Tingi dicta.
Tinia, fluv. est in Tyberim defluens. Vulg. *Topino.*
Tinyssa, civ. est Armeniæ maioris. Ptol.
Tios, opp. est Paphlagoniæ Ponti, à Tio Sacerdote Milesiæ. Strab. lib.12.
Tippanissæ, pop. iuxta Caucasum. Steph.
Tipasa, civ. est Mauritaniæ Cæsariensis. Ptol.
Tiphys, viri proprium, qui Argonautarum gubernator fuit. Virg. in Bucolicis.
Tiquadra, ins. est propè Baleares. Plin. lib.3. c.5.
Tiresias, vates thebanus, mutatus quondam in fœminam. Hom. lib. 11. Odyss.
Tiria, vrbs Leucosyrorum, gentile ciricus. Steph.
Tirithia, civ. est in Mesopotamia. Ptol.
Tirius, Tirinthis, fluvius est in Argo.
Tirius, nomen est patriæ Herculis in Peloponneso.
Tisarantus, fluv. est Scythiæ. Herod. lib.4.
Tisdris, opp. est Mauritaniæ Tingitanæ.
Tisdritanus, a, um, à Tisdris. Plin. Cossucium civem Tisdritanensem.
Tisias, Stesichorus poeta ante dictus, sed à chorea id nominis sortitus est.
Tisicense, opp. est Africæ propriæ. Ptol.
Tisiphone, vna ex Furijs infernalibus, sic à plectendis cædi-(bus dicta.
Tisis, vrbs Ægypti, quam condidit Tisis, civis Tisites. Steph.
Tisorgia, opp. est Gallię Belgicæ.
Tissa, opp. est Siciliæ ins. Ptol. hodie. *Tiss.*
Tissinenses, pop. sunt Siciliæ ins. Plin. lib.3. c.8.
Titana, regiuncula Sicyonia, gentile titanius. Steph.
Titan, & Titanus, Saturni frater Cœli, & veste filius, pro sole ponitur, quoniam à titanibus duxit originem.
Titana, sex fuisse, & quinque sorores à titea matre dictas, auctor est Diodorus.
Titanum, vnus Iapetus pater Promethei.
Titanius, a, um. Virg. *Lucentemque globum Lunæ, Titaniaque astra.*
Titanicus, a, um. Ovid. *Hinc Titaniacis ablata draconibus (intrat.*
Titanos, fluv. est Æolidis. Plin. lib.5. c.30.
Titanus, opp. est eiusdem Æolidis. Plin. ibid.
Titanus, portus est in Corsica ins. Ptol.
Titaressus, civ. est Armeniæ minoris. Ptol.
Titaron, vrbs Thessaliæ, gentile Titaronius. Steph.
